1. Avoid as much as possible a monosyllable before the pause: as,
   Ó di, réddite mí || prŏ pietáte meá.—Cat.[1]
   Unless another precede: as,
   Á pecorís lux ést || ípsa notáta metú.—Ov.
2. Avoid altogether an elision at the same place: as,
   Céssarént tristíque || ímbre madére genae.—Cat.

[1] The faulty examples have been taken chiefly from Catullus, where such occur most frequently.

Digitized by Google

3. Avoid ending the verse with a monosyllable: as,

Aút facere haéc a té || díctaque fáctaque súnt.—Cat.

Unless the e in *est* be elided: as,

Néc mora quaésití || réddita caúsa mihi ést.—Ov.

4. Avoid ending the verse with a trisyllable: as,

Aúdes ét nescís || quód facinús faciás.—Cat.

Obs. This ending is frequent in Cat.

or with a polysyllable: as,

Áh dolor íbat Hylas || íbat Hamádryasín.—Prop.

for which the proper name is the only excuse.

5. The best endings are dissyllabic: as,

Debueránt fusós || évoluísse suós.—Ov.

or (far less frequently) quadrisyllabic: as,

Pónebámque tuís Cýnthia témporibús.—Prop.

Obs. This ending is carefully avoided by Ovid.

6. Either member is occasionally made to consist of a single polysyllabic proper name: as,

Héllespóntiacó || víctima gráta deó.—Ov.

Aúdit fálsiparéns || Ámphitryóniadés.—Cat.

But the latter verse should not be imitated.

7. The latter half of the verse is best kept free from elision of any kind; and elision there of a long syllable, or of a syllable ending with the letter *m*, must be altogether avoided: beware, then, of imitating,

Trója viru*m* ét virtútu*m* || ómniu*m* acérba cinís.—Cat.

Détinet éxtremó || térra aliéna soló.—id.

8. A verb, a substantive, or a possessive pronoun, is usually the last word in a Pentameter, though participles and adjectives (especially in conjunction with the verb *esse*) are sometimes found there, even in the best models.

9. In the construction of a Pentameter, beginners should look first of all for a dissyllable (if possible) to conclude the verse, and then for the dactyl and trochee requisite to complete the last two feet and a half: the remaining words will then fall easily into their places.

Digitized by Google

PART IV.

FIRST LATIN VERSE-BOOK.

VERSES TO BE ARRANGED.

§ 1. Single Hexameters without Elisions.

[The first few lines consist of two interpunctuated parts: then follow, as far as v. 67, undivided lines.]

Quisquis Musas ămat, ab ipsis Musis redamatur.
Disce: doctrina sĕnectae tuae băculus fiet.
E grāno spīca fit, spicis ăcervus cŭmulatur.
Nihil est tam dūrum, quod non vincat tŏlerantia.
Vīta velut aura lĕvis fŭgit: omnia lētum rapit.
Cedas īrato; iram vincit prudentia.
Noli mentiri: nunquam prōsunt mendacia.
Mors omnia vincit, sed nescit fāmam vincere.
Quisque tuum urge; non omnes omnia possumus.
Est nĭmis brĕvis vita, nimis longa via per artes est.
Fēlix fieri vis? debellanda vŏluptas est.
Aspera păti disce: ōlim patientia prōderit.
Prŏcul sis a culpa, mendacia te non laedent.
Nec formae fidite, nec ŏpes nec annos nŭmerate.
Quas negat nātura, ars cūraque praestant dotes.
Nūmen coeleste, mortales, vĕreri discite.
Sĕcunda, mortales, prudenter ferre discite.
Cĭtius alterius quam nostra crīmina videmus.
Aurea relligio vītae beatae Cўnŏsūra.
Tyndărĭdae nautis prospera sīdera compārent.
Nāvita per tŭmidum Nērea gressus mŏderatur.
Sapiens nec cuivis nec nulli dēbet crēdere.

Digitized by Google

Vatum săcrorum carmina immortalia sunt.
Nescit alta petens virtus līmite concludi.
Ămicus certus in incertis rebus spectatur.
Rerum săpientia cunctis ŏpibus mĕlior est.
Loqui pauca audireque plurima dēbet prudens.
Virtutis glōria multo praestat dīvitiis.
Ănimosa virtus sŭperat pugnaces dŏlores.
Mors aeternae vītae certissima jānua est.
Nil vastum corpus sīne săpiente pectore pŏtest.
Flūminis instar per devia rapti vīta fŭgit.
Nihil perfectum et ab omni lābe remotum est.
Fāmam post fūnera cĕlebrem pectus nōbile ămat.
Ănimo prudentes cernunt ventura pericula.
Aiunt coelestes cuncta bŏna lăboribus vendere.
Cuncti trahuntur nōminis et fāmae fulgore.
*Non est tūtum jūdiciis hŏminum confidere.
Laudemque dĕcusque tempore suo facta mĕrentur.
Vĕtusta quercu labente omnes ligna ferunt.
Quaerunt laetĭtiam fugiuntque dŏlorem carmina.
Vernantes hortos dulcis ŏdor viŏlae imbuit.
Desidis vītae sordida ōtia ceu pestem fuge.
Etiam longissima vīta fēlici est brĕvis.
Pro sua quemque condĭcione vīvere dĕcebit.
Turpi ab ore omne laudis gĕnus vilescit.
Pāce artes vĭgent et pace Cămēnae ăluntur.
Tĕnerae jŭventae error insitus est lĕvitasque.
Sōla virtus hŏmines fēlices reddere pŏtest.
Virtus bene discitur atque dŏcetur exemplo.
Ceu vīrus cuncta consortia mălorum effuge.
Non diu fortuna ālis fēlicibus ambulat.
Vitare fātum hŏminis săpientia non pŏtest.
Cursu instăbili menses et anni volvuntur.
Sĕmel offendisse vĕniamque tulisse sătis sit.
Sacci nĭmium distenta vŏlumina rumpuntur.
Mittens ăliena suum quisque mūnus făcessat.
Praeceps audacia victores et victos facit.
Prudentia suadet nil inconsulte fieri.
Insons hŏnestae vītae confisus nil mĕtuas.
Sĭlentia vītae morte măgis condemnanda sunt.
Ingĕnium per ingĕnuas artes ăgitare jŭvat.
Paratur nulla quies nisi ăliquo lăbore parta.
Exănimi leoni et lĕpus insultare audet.
Inter călicem sŭpremaque lābra multa cadunt.
Qui ălii insĭdias struit, sĭbi ipse damna dat.
Cum vĭro pŏtiore certamen inire noli.

Digitized by Google

[In the following lines the pupil is supposed to be acquainted with the fundamental rules of position in a Latin sentence. The sentences have been broken up by punctuation, and, when the sense allowed it, by transposition of relative clauses.]

Sōla virtus, cum omnia pereant, perennis est.
Dum rāna bŏvi par esse lăborat, rupta perit.
Cernere est plures thyrsĭgĕros, paucos Bacchos.
Lĭbens disce: quid, quam plurima nosse, pulcrius est?
Lūcem tibi, quidquid agas, rătio mĭnistret recta.
Mihi crēde, nil mala consuetudine pejus est.
Flectit poenis, non plectit mortalia dŏminus.
Sĕpulti fāmam verbis lăcerare turpe vĭro.
Ăvarus quo plus dītescit, hoc pauperior fit.
Est bŏnus et hăbetur, qui stŭdio recti capitur.
Ille mĕdium lăboris tenet, qui sĕmel incepit.
Si te ipsum non ōderis, odisse non potes.
Prudentia ferrum vincit, vim virtus sŭperat.
Relinque, quae sunt ăliena; quae tua sunt, haec age.
Quod in păleis lătet, inūtile grānum, nisi tundis.
Compesce dĭgito lăbellum, ne tĕmere blăteret.
Jussa măgistri qui mĕtuet, non metuet verba.
Premitur tantummodo, nunquam opprimitur vĕrum.
Vītam elige, quam tŏto tempore secteris.
Fide, sed ante, cui tūto possis fidere, vide.
Disce bene vīvere, ne mors tĭbi infelix sit.
Aequa mente, quae non effugias, ferenda sunt.
Qui cĭto verbum sĭne pondere praecipitat, errat.
Mĭser omnis ăvarus, miser omnis prōdigus hŏmo est.
Dum ditior fieri optas, dĕtĕrior fies.
Arbor, quae cĭto fructum fert, fructu cito deficit.
Si quid hăbes dare, cĭto da: nam bis dat, qui cito dat.
Nil ăliud, quam quod viribus aequum sit, tentes.
Quae facienda coacto sunt, tua sponte facias.
Ăvis silvis, secreto rure poëta gaudet.
Haec est prīma via sălutis, morbos suos nosse.
Vŏluptas quem nunc demulcet, mox laesura est.
Quae nunc arbos succiditur, ōlim planta fuit.

Digitized by Google

§ 2. Single Hexameters with Elisions.

Si quid peccaris, fătenti tibi vĕnia prompta est.
Săpiens dici vis? loquare rāro et mĕditata.
Heu, quam fluxa hŏminum salus, quam caduca vīta est.
Si ăliis prōdesse stŭdeas, tibi ipsi proderis.
Mors omnia sŭperat, omnia fātum secum claudit.
Nascimur et mŏrimur: ut moriamur, vītam hăbemus.
Flectenda cervix est, cum aetas nondum indūruit.
Virtus petit summa: nulla via gnāvis invia est.
Sperandum est vīvis, non ulla spes sĕpultis est.
Ne măle lŭcreris; măla lŭcra damnis aequalia.
Exhaustos lăbores ōlim dulce ĕrit mĕminisse.
E parvis ălĭquando magna colligere sŏlemus.
Ne ălienis ab aerumnis gaudia tibi carpe.
Mens recti conscia eventus laetos hăbebit.
Coeli aura jūcunda omne ănimans vescitur.
Iniquis ŏculis Parcae mortalia adspiciunt.
Urbem laudent ălii, mihi rura rident nĕmusque.
Stŏlidae linguae jactantia omnibus invisa est.
Cŏmĕde, ut vīvas, at non vives propter ĕdendum.
Ūtile recto postponens excellit justitia.
Ad pulcros virtutis hŏnores non făcile itur.
Intra ōtia săpiens mātĕriam rebus quaerit.
Ăpis ex vărĭis horti floribus mella delĭbat.
Quis nescit obscuro orbe res hŏminum volvier?
Stŭdiis, pueri, coelestem favorem implorate.
Ănimos vărĭasque artes exsuscitat paupertas.
Virtutem acquirere ŏportet sūdando, algendo.
Mens improba tandem in extremam noxam incidit.
Et vires et făciem anni euntes pŏpulantur.
Justitia multis laudata, paucis dŏmestica est.
Perimit invidiam ingĕnuae mentis constantia.
Disce vĭtas hŏminum atque sēmina morum inspice.
Egrĕgiam virtutem nulla paupertas retundet.
Summa est victoria affectus ănimi sŭperare.
Se ipsum quisquis bene novit, nil hercle ignorat.
Infectum nĕquit esse, quod sĕmel factum est: ferendum est.
Aetas in lucem prōferet, quidquid adhuc clausum est.
Sesquĭpĕdalia verba qui declāmant, ĕgo ōdi.
Disce virtutem, puer, et vītae mŏdestae adsuesce.
Et Bacchi et Cĕreris mūnere vinci, qui săpis, fuge.
Est cārum, quod rārum; quidquid abundat, ingratum.

Digitized by Google

Inŏpi hŏmini pauca, sed ăvaro plurima desunt.
Nemo sĭne crīmine est, quisque suos naevos pătimur.
Non quam cĭto, sed quam recte omnia fiant, rĕfert.
Turpe cultus, si mentem abjicias, sĭne pectore est.
Ubi vīvere quisque vĕlimus, non est nostri arbitrii.
Fīdĕ digno fĭdĕ et circumspice, qui sit dignus.[1]
Non ūtile quaeret, si vult ăliquis justus esse.[2]
Quisque ut mores hăbet, ita fatur atque ita jūdicat.
Vīta vitaeque vŏluptas sic, ut rŏsa, caduca est.

§ 3. PAIRS OF HEXAMETERS WITHOUT AND WITH ELISIONS.

1 Cognosce ingĕnium viresque tuas, priusquam
Aliquid incipias: desistere coeptis turpe est.—
2 Ne tĕmere hunc, qui tibi blanditur, amicum crēdas:
Quisquis non corrigit peccantem puerum, ŏdit.—
3 Si quid forte aut facias măli aut mente vŏlutes,
Ut hŏmines lăteas, deus certe cernit omnia.—
4 Lūdo indulsisti? illa vŏluptas subito evolat.
Legisti? stŭdio percepta ūtilitas mănebit.—
5 Sĕcundis rebus doctrina ornamentum est,
Portus et ăra doctrina in rebus adversis est.—
6 Nescio quis ardor cunctos ămorque pătriae tenet:
Vītamque pro patria prŏfundere dulce est piumque.—
7 Mīte ingĕnium, quia et ipse mitis est, plăcet deo:
Mitissimus esto, si deo vis sĭmilis esse.—
8 Hostem sŭperare magnus hŏnos, at se ipsum vincere
Maximus, nec ipsa virtus ire altius pŏtest.—
9 Nunquam nos ăliena perīcula laetos reddant;
Namque sŭmus hŏmines et, quod hi sunt, cĭto esse possumus.—
10 Fămam săpientia mortis expertem praestat,
Qua sĭne vel Croesus ab paupere Iro nil distat.—
11 Mens fontem ăperit, inde rīvos agit vŏluntas,
Mŏtus sub pectore faciles expediunt cursum.—
12 Virtūs in mĕdio: in omnibus mŏderatus esto,
Si non vis ante diem dulcem vītam abrumpere.—
13 Dŏloris stĭmulos, qui săpis, ad tempus compesce:
Ira est fŭror brĕvis et nil suadet mŏderabile.—

[1] For the position of the words in this verse, compare Horat. Serm. II. 1, 63: Quisquis erit vitae, scribam, color.
[2] For the position of *si*, compare Hujus rei causam si quaerimus, etc.

Digitized by Google

14 Pulcri vestitus ĕquidem magna grātia est;
At omnia nūda, si mens nuda virtutibus est.—
15 Ne nĭmium, cum făvet fortuna, crēde fāvori:
Nam favor est ut văpor: tālis rerum constantia.—
16 Sătis est, quod satis est: nil amplius optat săpiens.
Laus est ad suas quemque vires se componere.—
17 A lĭcitis quŏque rebus saepe temperat mŏdestus,
Vĕtitos affectus rătione semper coërcens.—
18 Quando ūtilitas hŏnesto pugnare vĭdetur,
Semper utilibus honesta mĕmento praeponere.—
19 Mollĭtiem luxumque et desidis vītae ōtia
Fugias ut Scyllae răbiem et Circes lītora.—
20 Consĭlio prudentum vĭrorum saepe ūtere,
Quorum fĭdes certa, quorum nota săpientia est.—
21 Quicunque lăborem vītat, vīta indignus est:
Ūna ăpis stŭdiosa plus omnibus fūcis vălet.—
22 Dic, quam rem pŏpulus unam omnibus votis petit,
Acceptam vēro omnis fastīdit et abjicit?—
23 Amnes undosi exĭguis fontibus mānant;
Qui frĕmit ortu viŏlento, non prŏcul excurrit.—
24 Viribus jungas eloquium; sic Achilles fortis
Erat et fācundus: tractabat Martem et artem.—
25 Sors nostra in dei mănibus est: ille mŏderabitur,
Ut plăcitumque ipsi nōbisque săluti fuerit.—
26 Discite, quantula hŏminum corpuscula sint, dum nos
Velut solstĭtiale germen in hōras flōremus.—
27 Semper inconstans fortuna tĕnorem vărıat,
Dīverso cāsu mortalia gaudens volvere.—
28 Hŏmines non cāsu nati sŭmus: fecit omnia
Dei prŏvida cūra, omnia regit et servat omnia.

---

§ 4. Single Elegiac Couplets (Hexameters and Pentameters) without Elisions, with Division of Verse.

1 Singula tēla non magno cōnamine franges;
Tentes sĭmul multa, non cĭto eris victor.—
2 Vēra glōria vītam bŏno fīne concludere:
Digna cŏrona fīni, non coeptis datur.—
3 Iners pungat līvor, saeviat vis, ĕgestas arctet,
Nec laedi pŏtest nec tūtubare virtus.—
4 Quisquis vītam sēcuro cursu ducere ămas,
Virtutem semper hăbe pro duce vitae.—

Digitized by Google

5 Fortuna inter mortales errat vŏlūbilis:
Quos premit, hos blanda ălio tempore levat.—
6 Licet dulce sit atque děcorum pro patria mŏri,
Dulcius puto esse pro patria vīvere.—
7 Blanda mūsica mortali natos sēmine movet,
Et ipsos sŭperos movet blanda musica.—
8 Bŏnus pastor ŏvile per consueta ostia intrat,
At fūr ăliunde ingressum suum quaerit.—
9 Sūdorque lăborque virtutem cŏmites sequuntur:
Qui hos iners spernit, rārus praemia hăbet.—
10 Histŏrias sĕdulus multo lăbore cognosce,
Ut bŏnis exemplis facienda moneant.—
11 Pătienter, quod tibi contigerit, mĕmento ferre:
Nam certum, cuncta dei nūmine fieri.—
12 Cras faciam, inquis, concessaque hōra lābitur;
Hŏdie fāc, non reditura haec dies fŭgit.—
13 Nemo crīminis expers, nemo discriminis est;
Nempe [1] crimina nos in discrimen vocant.—
14 Vĭget mens exercĭtio, at sĕnescit torpore:
Unda, quae mōtu căret, sŏlet corrumpi.—
15 Lĕvibus ab Euris terretur mens scĕlerum conscia;
Recti conscia mens nulla fulmina tĭmet.—
16 Multi semper dīvitibus ămici nŭmerantur;
Irus indigus nummis vix ūnum hăbet.—
17 Si ūsus non accesserit, nil jŭvant praecepta:
Doctos qui efficit, sōlus erit usus.—
18 Non est qui ex omni parte beatus vīvat;
Măla bŏnis juncta et bona mixta malis sunt.—
19 Cūra, hŏmo, discere, cui vīvas et cur vivas:
Hoc si facis, vivere coelo dignus eris.—
20 Pueri, discite Dōnatum annis puerilibus,
Ne spretus vos jŭvenes atque sĕnes notet.—
21 Vŏluptas mellīta velut bulla vix orta perit;
At vīrens sine fīne nōbilis stat virtus.—
22 Effuge, qui Hymettia mella et viŏlas loquuntur:
Sub melle vĕnēna, violis spīnae lătent.—
23 Ter, quăter tractandi lăboris coepta immuta,
Ut quod restat ŏpus bene prōgrediatur.—
24 Ut laetior vivas nec taedia ănimum laedant,
Mens tua nunquam fac deo ăliena sit.—
25 Vir est bŏnus, qui omnia magno ănimo sustinet;
Vir est mălus, qui sine fronte ălios notat.—

---

[1] In poetry *nempe* may stand *after several* words.

Digitized by Google

26 Non semper nūbila coelum ātrum obducunt;
Sŏlet pulsa nube dies sĕrena ire.—
27 Mors omnibus vītam vel cĭto vel sēro aufert:
Feras, quae tibi ferenda sunt aequa mente.—
28 Mens recti conscia esto tibi ahēneus mūrus:
Mortis līmina hac frētus tūto adi.—
29 Lĭcet multos fortuna nĭmium larga bearit,
Vix tamen, qui sătis putet esse, invenies.—
30 Rătionem bene vīvendi ne in hōras differ:
Nam[1] mŏra magni măli causa sŏlet esse.—
31 Dūris rebus exercita vĭrtus haud interit:
Sŏlet illa ūsibus suis altius ire.—
32 Cogit vis omnia, sōlum ămorem non cogit,
Cunctaque cum amor vincat, vincit se quŏque.—
33 Sit bŏna spes, sed non immersa fūturis rebus,
Quae spem fīne suo saepe fallere sŏlent.—
34 Tu, quantum ălii possideant, noli quaerere;
Id pŏtius, quod tibi defit, cūrae hăbe.—
35 Si făvet fortuna, faventem rătioni subde;
Sin tŏnat, mălam invicta mente retunde.—
36 Velut hūmanum corpus mens prōvida sustentat,
Sic lĕvem fortunam alma virtus fŏvet.—
37 Si quem fortuna sĕreno vultu adspiciat,
Mūtua gaudia, sed tăcito sĭnu carpe.—
38 Lĕvis nostra glōria vŏlūcrique fūmo simillima:
A quovis flămine, cum tŭmet, discutitur.—
39 Vis pius, ămice, et săpiens et doctus vĭderi?
Hoc age, ut, quod dici quaeris, esse queas.—
40 Tibi ipsi, si multis prōsis, multum proderis:
Hac ūna lege ŏpes firmae parantur.—
41 Pŏtestas, quam multi mĕtuunt, diŭturna non est:
Nam quisque perdere cŭpit, quod quisque tĭmet.—
42 Si vultus tibi deformis, si vīta sordida,
Ănimo tuo fac virtus aequa fulgeat.—
43 Annos Dēĭphŏbes vel Nestŏris nŭmeret stultus,
Tămen ūna lux săpientis longior erit.—
44 Ille quĭdem, qui tōtus ămicis inhaeret, fallitur;
Tu, si in te spemque fĭdemque locas, măgis.—
45 Commoda tempora ne vĭtiosis rebus trĭbuas:
Nullo grădu, quae fugiunt, reditura sunt.—
46 Fert saepe triumphum victor majestate sua:
Plus grātia hŏminis valet, quam arma ducis.—

---

[1] *Nam* in poetry may follow several words. See above, 13.

Digitized by Google

47 Possunt vi premi vēra, sed non fūnere mergi:
Pressa, cum vis ipsa frangitur, levat deus.—
48 Vītam reposcet nātura, fors adimet dotes:
Sōla virtus mansuras ŏpes relinquet.—
49 Certa mors sub incerta vīta abscondita est;
Vis tămen vertere hanc sortem? deo vīve.—
50 Dies nulla abeat fraudata justo lăbore:
Sit līnea ducta stŭdii tui testis.—
51 Compŏsiti moris, crēdite, res pulcherrima est;
Inculta rusticitate nihil turpius.—
52 Nemo fervens jŭvenilibus annis per se săpit,
Sed se regentis jūdicio quisque eget.—
53 Fugit vīta, stāmina Parcae cĕleres devolvunt:
Ergo, dum hōra brĕvis sĭnit, vīvamus.
54 Vĕloci formae nĭmium confidere parcite:
Praeterit: en, quam nulla mŏra frăgili bŏno!—
55 Disce, velut annos victurus sēri Nestŏris;
Vive, velut quaeque dies sŭprema veniat.—
56 Fas est post longa gaudia brĕvem luctum esse,
Ut post longam diem brevis nox esse sŏlet.—
57 Qui Crītiae tўranno mĕdicata pōcula tradit,
Constans laudis suae nōmina certa hăbet.—
58 Praesentia si quis vitat, lăbor in tĕnui est;
Quisquis căvet fūtura damna, ille săpit.—
59 Parare ăliquid virtute laus quĭdem magna est;
Partum dĕcus tenere posse non mĭnor est.—
60 Quem semper ignavo luxu torpescere jŭvat,
Huic poena a tergo cŏmes parata sedet.—
61 Quod gĕminas aures, quod ūnum os dat nātura,
Dĕcet nos audire plurima, pauca loqui.—
62 Qui săpis, ne ignavis cūris confice ănimum:
Cura sĭne conjuncto lăbore nihil dat.
63 Grăvem sortem ferre, sĕcundam sortem sperare,
Haec in mĕdiis mălis tūta ancora est.—
64 Sŭpersunt post fāta ănimae, crēdite mortales,
Dīraque mors nil hăbet nostri, nisi corpus.—
65 Plurima oppida sĭne turribus possunt defendi,
Sed nulla sine certo jure regi queunt.—
66 Vincit omnes hūmanos casus pătientia:
Haec cunctis mălis mĕdicina solet esse.—
67 Post lăcrimas gaudia, post nūbila Phœbus grātus,
Et exhausto lăbore grata quies venit.—
68 De clāro stemmate nasci magnus hŏnos hăbetur,
Sed major honos gĕnus virtute vincere.—
69 Fēlices, qui tālem vītam degere possunt,
In quam tristia fāta nihil juris hăbent.—

Digitized by Google

70 Vĭgili mente secuturos căsus circumspice
Et vide, quid quondam tibi obesse possit.
71 Nisi mollibus annis pueri artibus assuescant,
Perpĕtuo illis vīta iners mănebit.—
72 Mălas mentes nulla benefacta inflectere queunt,
Quo minus fraude vĕlint occulta nŏcere.—
73 Saepe imprudens quis vehementius ăliquid optat
Inventumque lŭpo et angue pejus fugit.—
74 Ut per soli[illegible]ădios euntibus umbra cŏmes est,
Sic iners lĭvor virtutem cŏmitatur.—
75 Verba grāto lĕpŏre condīta jŭvant ănimos,
Delectant sēria lĕpidis jŏcis mixta.

§ 5. Single Elegiac Couplets with Elisions and Division of Verse.

1 Mens sĭbi bene conscia sēcuros ănimi reddit:
Bene vīve, et nullo tristis eris tempore.—
2 Vĭgila, insta ŏperi, sine nūmine lăbor vānus est;
Junge prĕces, labor non sine frūge cedet.—
3 Sis constans, nosce te, virtutibus ănimum orna:
In censu posteritatis vīta tua erit.—
4 Fac semper ăliquid, quod rectum et ūtile tibi sit:
Namque deus lăborantum orsa prōmovet.
5 Hūmanis rebus fidere nulla est prosperitas;
Vis omnia tibi succedant? fide deo.—
6 Est, fateor, difficile in arte tempus consumere,
Sed commoda larga tibi sub messem feret.—
7 Cum vīta expers crīminis est, tunc est optima mors;
Mors fēlix, cum vītā tibi măgis cāra est.—
8 Fēlix illa dŏmus, ubi jŭventus parvo assueta,
Inque fŏco coctum ŏlus luxŭriatur.—
9 Multorum bŏnorum causa est sōbria paupertas;
Plurima tămen turba hanc ut pestem fugit.—
10 Succincta brĕvitas peritos sŏlet oblectare;
Indoctis placet indocto garrulus ore.—
11 Arbor infixa e terris difficile revellitur,
Cum rādices hŭmo figere jam coepit.—
12 Cūra, quod nunc tibi praesens est, et mitte crastina:
Certum cura crastina locum inveniet.—
13 Nemo ante obitum mĭser fēlixque vocandus est:
Multa ĕnim inter călicem lăbraque cadunt.—
14 Disce păti: sōla patientia mălorum victrix est;
Disce pati, ut adversa omnia vincas.—

Digitized by Google

15 Qui vult virtute prăĕire, constans decertet:
Non brĕvis via est, qua ad coelos ire datur.—
16 Nemo adeo sĕnex nec ullus in orbe tam mĭser est,
Ut sŭprema fāta sĭbi ex ănimo optet.—
17 Nihil sol in terris omni parte beatum videt:
Nempe semper gaudia ăliquid fellis hăbent.—
18 Quem virtus ornat, Croeso dīvitior ĕst, et illa
Nihil caduca vīta ūtilius possidet.—
19 Cŭpidus auri, non qui căret auro, pauper hŏmo est;
Dīves homo est, qui nil cŭpere et vīvere scit.—
20 Virtus, ut deo cognata est, sic omnia vincit:
Nulla illi vis et fraus nŏcere pŏtest.—
21 Grāta cĭcōnia sĕnem pătrem nūtrit gestatque:
Hăbent hic exemplum hŏmines, quāle ĭmitentur.—
22 Vel bene vel parce loquitor, linguae frēnum indue,
Ut bene vincta sŏnos expensos prōferat.—
23 Sic mūni ănimum, ut omni fortuna fortior
In adversis mălis victor perstet ŏvetque.—
24 Longo et difficili sūdore parātur glōria,
Sed inventam retinere maximus lăbor.—
25 Ut foetore căro pŭtrescit săle non condīta,
Sic vīta sĭne ămicitia mŏlesta perit.—
26 Vindice dextra poenas sumpturus ne prŏperes:
Fŭror ante ălias perniciosa res est.—
27 Si trĭbuis mūnera, ne specta ūsum muneris;
Si capis, vide, unde et qua rătione datum.—
28 Ănimum fortuitis[1] inflas? vāna est tua glōria:
Mens est nostra; quod perit, nostrum esse nĕquit.—
29 Centum ŏculis ăliena crīmina vides, tua nullo,
Nempe dŏmi caecula talpa, fŏris Argus.—
30 Ingĕnium ferro, quod ab ūsu splendet, sĭmile est;
At longo sĭtu exsūcum torpet abitque.—
31 Mente linguam prăĕi, vox missa reverti nescit;
Nunquam lingua ănimi tardum ŏpus dŏlebit.—
32 Făcies hūmana vĕrĕcundo pŭdore tecta est,
Quo tegmine si nūdatur, mănet larva.—
33 Perpĕtui ămoris exemplum jŭvenis Phŏcaeus est:
Certam nĕcem pro sŏcio obire certat.—
34 Fŭgat jam formosus Lūcifer hūmentes umbras,
Et dulci vŏce ăvis Auroram sălutat.—

---

[1] A trisyllable.

Digitized by Google

§ 6. Elegiac Verses (without and with Elisions) without Division of Verse; 1st, in straightforward order; 2nd, more involved.

1 Prīmaevos imbue annos doctrina et moribus: hac eris sĕnex arte, cui puer adsuesces.—
2 In ūnum, quidquid agas, intentus esse ŏpus stŭdeas: nam vărius lăbor mentem turbat adimitque.—
3 Praepone fīnem coepto lăbori, quidquid ages: bŏno fine tōtum ŏpus nōbile fiet.—
4 Si quis perenni ămicĭtia gaudere quaerit, ille e multis, quem colat, părem deligat.—
5 Quae cāra vel optima in rebus hūmanis censes, his interdum ūtere et parce: rāra jŭvant.—
6 Si vĭtiis, quae multa tibi sunt, mĕderi cŭpias, urge ăliquid; fuge ōtia, lūsus, vīna.—
7 Si somnus nihil nisi mors, nil mors nisi somnus est, vīvo mĭnus, quo plus in vīta dormio.—
8 Crēdulitas pŏtius error vĭdetur quam culpa: est culpa părum credere, error nĭmium.—
9 Cur ăliena crīmina măgis quam nostra videmus? An quia aliena prŏpĕ sunt, nostra prŏcul?—
10 Indue gĕnerosos mores, dum aetas tĕnera est: tunc cunctis artibus facile est ingĕnium.—
11 Quem clāra ăvorum virtus exornat, is clarus est; clarior ille mihi est, qui prŏpria claret.—
12 In nātos cum sanguine pătris mores abeunt: tālis, quālis is est, fīlius solet esse.—
13 Qui semper eadem chorda oberrat, rīdetur, nec laudem cūpressus hăbet passim picta.—
14 Fīnem expendere in omnibus rebus prīmum est: ille mūneris incepti tōtum ŏnus gerit.—
15 Saepe mollior sermo grăvem īram confringit, dūro major fit dŏlor, quam ante fuit.—
16 Hic omnibus justo nōmine dīves censetur, qui laetus parta sorte pŏtest vīvere.—
17 Quod hŏmo cŭpide sĭbi ūnum quaerit ac desīderat, id larga nātura tăcita ŏpe mĭnistrat.—
18 Si non cuncta rĕpentĕ contingunt, ne dŏleas: Martia Rōma non ūno die condita est.—
19 Scyllam frăgili cărina sŭperare aggrediens vīcinis piscibus cībus esse prŏperat.—
20 Nŏcens saepe vĕnenum sub dulci melle tegitur, in blandisque solet esse dŏlus maximus.—

Digitized by Google

21 Coeptum ĭter revocato cursu invertere praestat, quam pede male dispŏsito currere velle.—

22 Non decet Pygmaeo Herculeos cothurnos aptare, parvaque vēla parvae rāti commoda sunt.—

23 Cum vĭtiis gere ĭnīmīcitias, laetus cētera virtuti et stŭdiis văca, dum hōra sīnet.—

24 Pūrae fămae bŏna nōmina măgis optanda sunt, quam prĕtiosus ŏdor unguenti nōbilis.—

25 Mānĕ jace per ăgrum tuum tempestiva sēmina, nec vespere sēro lenta sit mănus tua.—

26 Căve bis puer esse: flōrentibus annis nervos, quibus sĕnilis vīta mentem ălat, quaere.—

27 Fortuna quem blandis mănibus gestat, vĭcissim solet incautum ex alto praecipitare.

28 Certum semper, quidquid ages, tibi fīnem delige, quem velut săgitta petas a nervo jacta.—

29 Noli contemnere, quem parvum crēdis: vires saepe magnae in corpore parvo lătent.—

30 Incipe et efficies, ne desere coeptum: vendit deus maxima quaeque impenso stŭdio.—

31 Vox pŏpuli vĕterum părentum ore vox dei esse dicitur: hanc nemo săpiens spernere solet.

32 Mens mihi corpusque vălens sit, pectora sint recto dedita, sint fraudi, sint dŏlis ĭnīmica.—

33 Terram, măre, coelum, sīdera, quidquid ubique vides, omnia ămor constanti foedere nectit.—

34 Nĭmium fēlices, quos remota ambĭtione vīta sub paupere tecto sōbria jŭvat.—

35 Non nātura inŏpes facit; nam unda et pānis cui desunt? cui mensa non ŏlus mĭnistrat?

36 Lăbor difficilis longusque dulcedine fructus clauditur et grāta quĭete terga lĕvat.—

37 Quam nihil in humanis rebus certum est et harum vŏlūcris rŏta instăbili axe volvitur!—

38 Exĭguum discrimen est dīvitis Croesi et Iri pauperis: tŭmulum hic non habet, alter habet.

39 Qui facta tua et mores mălos arguit, illum dīlige: nam cŭpit te sui sĭmilem esse.

40 Bŏnus vir commune bonum est: illius e stŭdio, ceu perenni fonte, fluunt mille commoda[1].—

41 Postera lux quid portet, dŭbium[2]; accipe, quod praesens dabit, et cĕleri mănu prospera carpe.—

---

[1] Henceforth the verses are more involved.
[2] For position of words, see § 2, No. 47.

Digitized by Google

42 Nolunt luctum Pĭĕrĭdes, nec, cum gĕlido frīgore ăquas nectit Bŏreas, cantat ăēdon.—

43 Audaces fors jŭvat, pĕlagoque lĕvis cymba pătenti immissa saepe solet portum subire.—

44 Căve grăvitate terreri, quin fortiter propŏsitum urge: dies faciet, quod nĕgat hōra.—

45 Săpere est dūra păti, sapere est ūtramque fortunae mănum invicto pectore patienter ferre.—

46 Fīge pĕdem nec mălis cēde. His quŏque, crēde, deus fīnem dabit, quo speras mĭnime tempore.—

47 Ŏlet attrītum tus: nĭtet pătientia dūris rebus pressa: vĕrus hŏnor per măla surgit.—

48 Spes ălit mĭseros et quovis die fēlicia tempora pulsa nūbe ŏritura prōmittit.—

49 Praecipiti cursu, ceu fluctus nunquam revŏlubilis undae, tempora ruunt non reditura.—

50 Mihi crēde, non qui multos ăgros possidet, dives est, sed dives, cui ūnus ăger sătis.—

51 Lĭcet mille te accusent, stat tămen recti conscia mens et jūdicis ora nunquam tĭmet.—

52 Is mĭnuet partas ŏpes, non cŭmulabit, qui crebro oppida mutat, crebro dŏminos mutat.—

53 Qui viribus suis grăviora aggreditur, dūra sub mōle tandem succumbat nĕcesse est.

54 Qui laudes suas tŭmido ore praedicat, lĕvis et nullo, me jūdice, hŏnore dignus est.—

55 Piscĭbus squāmĭgeris ille fiet cĭbus, qui frăgili cărina aequora sulcare tentat.—

56 Caeca dea, quae lĕvis stat in rŏta vŏlūcri, audaces nunc saeva repellit, nunc laeta jŭvat.—

57 Fluxa cadunt, quae occasus videt, quae respicit rŭtilans ortus; sōla mănet virtus inclīta.—

58 Bŏna res paupertas: illa, cum cētera mutent dŏminum, perrăro dominum suum deserit.—

59 Quidquid agas, prius perpende, nec pande carbasa per aequor, quam videas, qua rēmus tibi eat.—

60 Quas vulgus ŏpes attŏnito pectore stŭpet, fortuna saepe indignis dat, mĕrentibus aufert.—

61 Cŭpis officium praestare? Cīto praesta: officio tardo grātia nulla officii subest.—

62 Si cui deus dīvitias dederit, eidem datis magnifico pectore ūti posse addat.—

63 Quae deus hūmanae vītae, seu bŏna sunt seu măla, immittit, plăcido dĕcet ferre pectore.—

64 Lex legum certissima lex mortis est: invīta morte nemo in vīta vīvere pŏtest.—

Digitized by Google

65 Aut non incipias, aut ācriter instando ŏpus, quod sĕmel bene coeptum est, perficiatur.—

66 Perennis fāma, quam omne aurum regibus non pŏtest largiri, Attălicas ŏpes sŭperat.—

67 Ante diem Manlius infausto ōmine pugnam committens paenĕ Stўgias ăquas subivit.—

68 Nōbile, quod tantum virtus lăborque parit, stemma nulli prīma dies nascenti confert.—

69 Qua rătione nŏcet līvor, hac premitur: ipse suo, quod frustra exseruit, vĕneno rumpitur.—

70 Cīto quid facias an sērius, nil rēfert: prudentes ūnum ŏpus ūtilitatis spectant.—

71 Cum scĕleris reos quaelibet aura turbet, non tĭmet adversos cāsus mens recti conscia.—

72 Quo frustra ăvarus, qui nihil hinc tecum ad Stўgias undas portabis, mĭseras ŏpes quaeris?—

73 Quidquid vīcinior aether adspicit, non căret invidia; nulla sībila abjectis nŏcent.—

74 Mĭdam refert prisca fāma ausum quondam Phoebēos cantus contemnere poenas dedisse.—

75 Ut in mĕdio frĕto parvula cymba fertur, sic hŏminum vīta văriis prŏcellis jactatur.—

76 Ŏdora cĕdrus, quae Phrўgiae Idae sub măditis vallibus crescit, alternis cŏmis germinat.—

77 Ne fallacem spĕciem mea vota petant, contingat mortalia justa lance pendĕre.—

78 In praeceptis bŏnis consĕnuisse omnis hŏnestatis fons et rādix firmissima est.—

79 Principio obstandum: arbos, quae stat viribus suis in immensum aucta, sēro convellitur.—

80 Thēbas Amphīon fĭdĕ clārus, Pergama Ăpollo vŏcali lўra constituisse crĕditur.—

81 Inter dūra et aspera sese erigere et mănus fortes exseruisse, hoc ŏpus virtutis.—

82 Quanto sit mĕlius dĕcōra morte exstingui, quam vīta frui sīne laude, monstrat Cătŏ.—

83 In silvis ăvium mille discrimina imbibere et vŏcum mille mŏdos discere quam jŭvat!—

84 Audendum est: si dulcia commoda vītae ferre cŭpis, forti dextra perīcula subeunda.—

85 Prudenti ănimo, quidquid agas, ne devius te error praecipitem agat, fīnem respice.—

86 Quicunque alterĭus pericula cernens ab exemplo sibi căvere posse discit, is săpit.—

87 Plurima pro vēris falsa sŏlent referre, quĭbus vāna laus et inanis glōria cordi est.—

Digitized by Google

88 Quisquis contra majorem arma capit, sanguinis et vītae suae prōdigus esse vĭdetur.—

89 Prŏcul ante vĭgili mente cernere decet, quae veniens tempus incommoda gignere possit.—

90 Nobile ŏpus Smyrnaei vātis Ămyntiades semper mănibus suis sustinuisse fertur.—

91 Adspice, quae rŏsa nocturnis roribus immăduit, purpŭreo mane cŏlorem diffundit.—

92 Glōria non segnes animos nec pectora cūrat inertia, sed ardua passos digna mănet.—

93 Quisquis praesentia laetus carpit, ille săpit; quem te deus esse jusserit, vĕlis esse.—

94 Auro dīvitiisque qui frui nescit, ille non habet aurum, sed prŏprio ab auro habetur.—

§ 7. Elegiac Verses like the former, together with Interchanges of certain Words and Particles: as,

Et, que, ac, atque;—nec, neque;—at, ast, at vero, sed, verum, vero, autem;—tamen, attamen, verumtamen;—nam, namque, enim, etenim, quippe, scilicet;—aut, vel, ve;—sin, sin autem, sin vero;—sive, seu;—neve, neu;—nisi, ni;—ergo, igitur, ideo, itaque, idcirco;—ceu, ut, uti, tanquam, velut, veluti, sicut, sicuti;—cum, quando, postquam, ut, ubi, simulac, simul;—quamquam, quamlibet, quamvis, quantumvis, licet, etsi, ut;—quia, quoniam, quod, siquidem, quando, quandoquidem;—dum, modo, dummodo, dumne, modone, dummodone;—donec, dum;—fortasse, forsitan, forsan;—sic, ita;—non, haud;—ecce, en;—et, etiam, quoque, nec non;—modo, tantum, solum, tantummodo;—hic, ibi;—tum, deinde, inde, dein;—post, posthac, postea;—magis, mage;—satis, sat;—semper, usque;—tum, tunc;—fere, ferme;—rursus, rursum, iterum;—adeo, vel, etiam, etc.

At first the words which are to be interchanged are intimated by *spread* letters, which are discontinued so soon as the pupil may be supposed to have become familiar with the changes.

Instances are added of poetical figures, forms of words, and syntactical usage.

1 Nullos sibi ămicos, qui nulli fidet, junget: mūtua fĭdes jungit amicĭtias e t ălit[1].—

2 Fēlicem praedĭco, qui pătria terra vīvere e t in una dŏmo consĕnuisse pŏtuit.—

3 Qui res sine consĭlio agendas aggrediuntur, praecĭpites in mala e t pernĭciem ruunt.—

4 Saepe alterius vitae mala e t pernĭciem parantes in lăqueis suis perire vidi.—

5 Pulcrum scire ăliquid, n i h i l velle discere pŭdendum est: fac ĭgitur, puer, nocte e t die discas.—

[1] The copulative particle is to be changed.

Digitized by Google

6 Disce certum vitae gĕnus e t lăborem sequi, e t illa, quae tui mūneris non sunt, fuge.—

7 Is, qui săpit, longe praevisa pericula vītat e t qualibet arte laesurum malum căvet.—

8 Ŭt quisque optimus est a t q u e ab omni vĭtio immunis, sic mĭnime cōgitat alios malos esse.—

9 Nobilis esse a c laudum tĭtulos parare cŭpis? Fac semper tibi clara virtus cŏmes eat.—

10 Viventi mors e t jŭveni sĕnectus obrēpit, dumque quaeritur quŏta hōra sit,[1] fugit hora.—

11 Quercus sūblimi culmine obvia fulminibus est; in tūto loco frŭtices e t stant e t lătent.[2]

12 Incerto orbe nītitur vŏlubilis fortuna dŭbiaque mănu quod lĭbet e t dat e t rapit.—

13 Cum lĭbet, suum et nătura repetit et fortuna tollit; s e d illa, quae virtus dedit, mănent.—

14 Prima fronte multi trŭces a c fortes videntur; pĕnitus excŭtias, n i h i l erunt nisi fūmus.—

15 Tempore răpidisque annis cum n i h i l fŭgacius sit, quaere, quĭbus lassa sĕnec t u s[3] frui pŏterit.—

16 Per se ūtile consilium magnas vires habet, s i n e q u o[4] n i h i l rōbur, nihil ulla mănus vălet.—

17 Si quis mōrosum Romam ferat e t reportet, n i l egerit, si sĕmel ille offendat.—

18 Fŏveam qui fŏdit, is mĕtuat, ne in illam prōnus incidat, damnum q u e, quod parat, ipse ferat.—

19 Multa loqui et sine pondere verba quae q u e plus hăbent vocis quam răționis, stultus sŏlet.—

20 Suum quaeque res sibi tempus desīderat: aptis temporibus fīcus nŭces q u e[5] prōveniunt.—

21 Bonos s i v e tollit fortuna, sive in undis mergit, semper tămen laeto fīne ŏvare sŏlent.—

22 Tanti nulla vĕnus est, quae non ab annis vĭtietur; dēbile bonum forma u t rŏsa verna perit.—

23 Ut in călăthis violae sole contactae fătiscunt, i t a vita brĕvis e frăgili corpore fugit.—

24 Sua cuique a coelo mens est; sed nulli mens bona datur, n i s i deus arcano igne fŏveat.—

---

[1] The words *dum quaeritur* will be mingled with the dependent clause.

[2] *Que* may be used twice instead of *et* twice; but *que* being an enclitic *follows* the word it is joined to.

[3] The termination *ă* is used, in poetry, instead of *ŭs* in this word.

[4] Prepositions, in poetry, occasionally *follow* their cases.

[5] Observe the position of *que* in the line,—Messalam terra dum sequiturque mari,—instead of terra marique.

Digitized by Google

25 Cui deus et nātura exĭmias dotes trĭbuit, has vĭgilans stŭdio ultĕriore colat.—

26 Disce, puer, formicam dūro lăbore sequi, n i s i vis pauper infamem senect u t e m[1] habere.—

27 Incumbe bŏnis consiliis: prāva e n i m consilia mălorum artifices prīma perdere sŏlent.—

28 U t flumen ad măre, sic vīta ad mortem fluit: n a m q u e[2] dulcis res est vīvere, ămara mŏri.—

29 Parva capit incrēmenta et mŏras trahit, quidquid in rebus praecĭpuum et magnum fŭturum est.—

30 Optativus mŏdus prŏpe par Infinitivo[3]: nemo e n i m optandi sibi fīnem facit.—

31 Grăvis est temporis, gravis e t i a m hŏnoris jactura est: ŭtrumque non pŏtest rursus redimi nummis.—

32 Nihil tam difficile est, quod puer ingĕnuus ingenua sēdulitate addiscere non possit.—

33 Ut quaelibet arbor ex fructu cognoscitur, sic omnis hŏmo ex ipso ŏpere noscitur.—

34 Post exhaustum lăborem quies grāta esse sŏlet, sive bŏna ălicui[4] sive mŏdica coena dŏmi est.—

35 Disce, puer: ōcius vŏlūcri Euro tempus fugit; disce: tăcito grădu sĕnec t u s lassa subit.—

36 Bŏnus esse vis? vĕlis m o d o et fies vŏlendo: qui velle tibi dedit, is tibi dabit posse.—

37 Ignavi et dies festos et causas quietis et mātĕriem desidiae suae s e m p e r nŏtant.—

38 Nihil vān a glōr i a[5] măgis mĭserum est: n a m vana per irrīsum cognita dŏlorem părit.—

39 Lĭcet parva teneas, tămen n o n spernenda pŭta[6]: tene parva, dum tibi pŏtiora veniant.—

40 Lăbores tuos bŏnitate, non annis mētire: si quid bene feceris, s ă t i s cĭto illud erit.—

41 Gĕnerosa virtus flātu mălorum emergit et quo măgis pressa est, hoc m a g i s firma nĭtet.—

42 Ut gemmantibus lăcrimis ăgrum rīgat Aurora! Quo măgis haec lacrimat, hoc m a g i s rīdet ăger.—

43 Quo eveheris magis, tanto magis deprime mentem: dŏlos iniqua nectit, cum blanditur fors.—

44 Cuncta dii vēnalia prōpŏsue r u n t,[7] sed illa hŏmini grăvi tantum lăbore parta cedunt.—

---

[1] See note to v. 15.
[2] See note at § 4: v. 13.
[3] Spondaic verse.
[4] Trisyllable.
[5] Comparatives are followed by quam, and what case?
[6] What other form?
[7] Or what?

Digitized by Google

45 Praeteritis in rebus saepe sua vŏluptas est, nec aufugiunt tōta, quae sĕmel plăcuerunt.—
46 Res, quae nŏvitate plăcent, prudens adspice et inspice: quae cĭto placuerunt, non placuerunt diu.—
47 Curtius et Codrus, quod sōli pro pātria mŏri vŏluerunt, laudem mĕruerunt perennem.—
48 Omnia, quaecunque parantur, principiis pendent, et fīne cărent, quae principio caruerunt.—
49 Falsus est ămicus, quem tibi dīvitiae pepererunt: ille argentum tuum, non te dīligit.—
50 Dīvitias, pastum ăvari līvoris, occule et partis bŏnis tăcita mente fruaris.[1]
51 Rectius a viro săpiente objurgaberis, quam si desipientis viri blandimenta ămes.—
52 Ne nimis te efferas[2] viribusque majora audeas; quod pŏtes, id perfice stŭdio: tūtus eris.—
53 Ex ăliis semper exemplum tibi sūme[3] et inde, quid dĕceat quidque mĭnus deceat, disce.
54 Tu, ne alterius jūdex iniquus crēdaris, imprimis tuos ipse mores nŏta.—
55 Ne tĕmere admittas ămicum, nisi fīdum noveris[4]; verum sĕmel admissus semper ĕrit hăbendus.—
56 Bŏnas artes edidicisse laudabilis res est, sed vītae suae scrīnia novisse, măgis est.—
57 Dixisti[5] te nulli fīdere; si perges hoc ăliis dicere, nemo erit, qui tibi fidat.—
58 Is in sĕnio suo servus esse cogitur, qui tĕneris annis puer dŏminari[6] orditur.—
59 Qui sibi et qui īrae suae dŏminari novit, est fortior, quam qui ab hoste victor redit.—
60 Omnia hūmana dīversis periculis[7] subsunt; vīta nescia culpae sōla mĕtu văcat.—
61 Contemne[8] vŏluptates et spurcae lĭbidinis aestus hisque victo nihil pŭta turpius esse.—
62 Dĕcus virtute prōmĕritum effugit fătalia jura, et hŏnor spīcula mortis contemnit.
63 Vĭgilans sapientia vītae nostrae ŏculus est, sine qua[9] vita hŏminum caeca, nūbila, nihil.—
64 Inter ŏpus, inter mensas et dulcem Lyaeum dei auctoris mĕmores esse convenit.—

---

[1] What else? [2] The *subj.* and *imper.* are sometimes interchangeable.
[3] See note to v. 39. [4] Syncopę. [5] Ditto.
[6] Paragoge, whereby *ămāri* becomes *ămārier*. [7] Syncope.
[8] Aphaeresis, whereby linquo is used for relinquo. [9] See note to v. 16.

Digitized by Google

65 Neque tĕmere, quem nescis, ămicus tibi jungatur, neque junctum lĕviter destĭt u e r e[1] velis.—

66 Quisquis mordaci culpa ŏnusta pectora gerit, ille nullo lŏco delĭte s c e r e pŏtest.—

66″ Quod jŭgum mūtare nĕquis et hŏnesto nīsu avertere, id vide[2] num sustin e r e possis.—

68 Deo fide, non fide ŏpibus: sors istas attulit, eadem sors datas dirip e r e p o t e s t[3].—

69 Gordium nōdum Ălexander vi promptus et ense, quem nemo dissol v e r e[4] posset, sĕcat.—

70 Sŭperis, dum omnia tentas, pāre[5]: tuum est prōpon e r e, dei dispon e r e.—

71 N e incassum traducas turpiter aevum: temporibus ūtere: v e l u t umbra tempus fugit.—

72 Formae et aetati n e n i m i s confidas: forma ut ĭmago, aetas ut vŏlūcris fugit.—

73 Deformem făciem pulcris orna virtutibus, at pulcram vĭtiis n e dedĕcŏres.—

74 N o l i tua nĕgotia contemnere ăliena cūrans. An quisquam pŏtest tibi te junctior esse?

75 Atticus ille jam cănus lўra lūdere didicit. Ne tibi pŭdor sit, quae nescis, d i s c e r e.—

76 Q u o c u n q u e[6] lŏco deus te esse vŏluit, mănebis: bŏnus mīles de stătione non cedit.—

77 Si forte sors lūbrica vōtum tuum destĭtuit, forti pectore n e d e j i c i a r i s.

§ 8. Several Elegiac Verses, with changes like those in § 7.

a. Two Couplets.

1 Virtus laudem contemnit, lĭcet virtutem glŏria, ut umbra corpus suum, s e m p e r sequatur. Est e n i m aliquid virtus, gloria n i h i l, sicut corpus est aliquid, nihil umbra corporis.

2 Non sătis est, si quem fortuna ŏpibus beavit, quae e t i a m stultos viros saepe beat fŏvetque. V e r u m

[1] The poets occasionally use *perf. infin.* for *pres. infin.*
[2] The *e* is sometimes shortened.
[3] Resolve *potest* into its component parts, and see note [1].
[4] Diaeresis, as in *evoluisse suos.*
[5] The imper. is expressed poetically by *memento* with *infin.*
[6] Tmesis.

Digitized by Google

cui dīa săpientia dotes suas dederit, ille[1] dēmum prŏpria sorte erit beatus.—

3 Fūcus in offĭcio suo esse dicitur, quisquis contempto lăbore foedum ōtium[2] agit. Hoc nōmen ut fugias, sēdulus sis in mūnere; quod cŭpis omnes esse tibi, esto ălĭis.—

4 Ut vīvas tranquillo ănimo et vivas beatus, infidae sortis mĭseras ŏpes despice. Non lŏculos auro, sed animum virtute orna: dabit, quae fulvum mĕtallum dare non pŏtest.—

5 Si mortis inclēmentia quae habet mundus răpit, cur vītae ămor nos mĭseros ita caecat? Virtutis ĭter teneamus, quaeramus beatum regnum Ŏlympi, ubi nihil mors juris habet.—

6 Qui ventos nimis ăcuta rătione observat, nunquam in văcuum ăgrum sēmen mittet. Qui plŭviam[3] et nūbes imbre grăvatas mĕtuet, nunquam tempus fructiferae messis aget.—

7 Multum intererit, quo vase vīnum recondas: nam pŭtido căndo vinum Fălernum perit. Sic bona verba ab ore malo frustra funduntur et vĭtio illius saepe sŏlent perire.

8 Ut fervente mĕro vasa rumpuntur et mustum clausis căndis creditum extra exsilit: sic ēbrietas quae cēlanda sunt referre solet et quae fundo pectoris lătent ore loqui.—

9 In magnis satis est vŏluisse: etiam parva mūnera coelestes deos saepe probare videmus; quos non măgis jŭvant centum icta taurorum corpora, quam tus pectore sincero datum.—

10 Non semper Hўpĕrīŏnis ignis nĭtidus fulget; saepe lătet dies nĭgris nūbibus condita. Neque semper Ŏlympus subscribit hŏminum vōtis, et longa gaudia tandem luctum ferunt.—

11 Mors quaedam communis hŏminibus mēta lăborum est et, cum solvat măla, nihil ipsa mali hăbet: dat, non adimit bona: laudis enim et artis ămantes Parcarum jus subire vĕtant Mūsae.—

12 Arīŏnem[4] delphinus Sĭcŭlo ponto jactatum sistit per

---

[1] The poets use, according to the requirements of their metre, *ille*, *is*, or *hic* indifferently as the correlative.

[2] In this and the following verses remember the poetic usage of plural for singular, and *vice versâ*: Gram. § 603.

[3] See note on No. 3.

[4] There is a Gk. form of acc. in *ă*.

Digitized by Google

frĕta vectum hŭmo Taenăria. Nihil virtuti clausum est; concede, fātum: ingĕniis deus gaudet praesens adesse.—

13 Sicut gĕnerosum corpus umbrae cŏmiti praevălet, quae nūbibus făces aetheris[1] tegentibus perit: sic aurea fāmae, sic aurea virtus praevălet, quae in cunctos dies firma et tĕnax mănet.—

14 Lўaeus puer cum e patrio igne editus esset squālidus, a Nymphis in amni lotus fuit. Hinc Caecŭbum nisi fontis[2] lymphis mixtum bĭbes, nihil bibes nisi flammea tēla, quae crŭcient.—

15 Quid hŏminibus vires et[3] forma et florida aetas prōsunt? quid multa jūgera culti sōli? quid dĕcus, aurum, aes, dĕnique văriarum rerum cōpia, si singula fĕra mors falce mĕtit?—

16 Huic, cui dŏminans in erecto pectore virtus vĭget, glōria egrĕgiae laudis cŏmes adest. Si quis autem ignava mente lăborem detrectat, hic nihil virtutis, nihil etiam laudis habet.—

17 Cernis, ut haec pōma rūbentes gemmas ĭmitentur? tamen turpiculos vermes intus ălunt. Sic non tūtum est hŏminum formae fidere: saepe sub rŏsco vultu lūrida tābes lătet.—

18 Seu hŏminem, seu quidquid ubique creatum est, spectas, īdem et unus lŏcus erit, quo tendant. Cuncta suos ortus repetent et matrem requirent, cunctaque hŭmus, quaecunque dedit, vŏrabit.—

19 Si, quae vitae usus postulat, tibi contigerint, ista contentus sorte beatus eris. Immŏdicae enim dīvitiae mordacibus cūris mentes angunt et multa mala docent.—

20 Quid in coelum torques impia spĭcula, quae, cum recĭdent, te laedere poterunt, non[4] deos. Cave[5] ne pĕtulanti lingua pŏtentes irrītes, qui fulmen habent, quo te perdere văleant.—

21 Sapiens, qui omnes circum se beat, saepe lătet: sic suaveŏlens violae flos hŭmi serpit. Saepe vir

---

[1] The gen. of a subst. is often amongst poets changed into the adj. (which then agrees with the subst. after which the gen. would come) derived therefrom.

[2] See No. 13.

[3] Epanaphora: first word often repeated instead of a conj.

[4] Nullus, in agreement with that which does *not* do something, is occasionally used as almost equivalent to *non*.

[5] Imper. and subj. are sometimes interchangeable.

Digitized by Google

cĕrĕbro carens in orbe splendet: sic per hortos splendet tŭlīpae flos, sed ōdore căret.—

22 Fīcus verĕ nŏvo nullos novit flores prōducere, **verum** auctumno pōma dulcia gĕrit. Hujus arboris simplex ămicus ĭmitator erit, paratus facto, non verbis ŏpem ferre.—

23 Si densus imber plŭvio ab Austro in măre cadit, ideo non exundat neque unda măgis tŭmet. Sic fortuna, **quanquam** vălidis ipsa prŏcellis tŏnat, nihil in fortem et magnănimum virum facit.—

24 Dum Achilles in pectus Ātrīdae ferrum stringit, cauta Mĭnerva sŭbitam mănum continuit. Cur hoc? Nempe fortem virum, qui cētera vincit, prŏprios dĕcet affectus **perdŏmare**.—

25 Ut solis cŏmes umbra, sic comes,hŏnoris lĭvor est; hoc tămen ŭterque **a se**,[1] hoc uno distat: Umbra, quo ille **altior**[2] mĭnor fieri assŏlet; contra hic, quo **altior**[2] honor, major.—

26 Optimus cīvis est, qui patriae urbis legibus pāret idque obsequium pluris ipse facit, quam vel victricia praemia Ŏlympiacae palmae **vel** quam trŏpaea **triumphante** mănu parta.—

27 Exsĕquiis ōlim addita fuit nĭgra cūpressus: **nam** sĕmel caesa nunquam vĭrere solet. Ita homo, qui semel justos annos emĭgraverit, redire ad sŭperos hausta luce **non potest**.—

28 Fuit ūtilis cīvis Rōmanae urbi Scīpio, neque mĭnus huic prōfuit cāno ore Căto. Pugnax ŭterque, dum lĭcuit, bellum indixit, ille malis hostibus, hic prāvis moribus.—

29 Nolle cedere adversis fātis et cum magnis diis bella movere quid est nisi stultitia? Pāti disce et grăves cāsus ferendo evince: inĭmica sors ăliter lūdi **nequit**.—

30 Sub nūdis rāmis, cum terra brūmali nĭve obruta lătet, Attica ăēdon non cantat; at **simul atque**[3] in tĕneras frondes arbor se induit, inexhausta voce carmen **suave**[4] sonat.—

31 In jŭvenilibus ingĕniis cum sit insitus error, hunc, dum licet, omnis lăbor sit **repellere**. Postea[5]

---

[1] *Distat* governs the *dat.* as well. [2] Comp. by *magis*.
[3] *Atque* is not necessary, and *se* is often doubled.
[4] Diaeresis. [5] Post ea, posthac, post, postmodo.

Digitized by Google

nec tempus erit neque fortasse măgistri erunt: sua quisque commoditate frui prŏperet.—

32 Praesentem sortem, quam benigna fāta vītae tuae de d e r u n t,[1] săpiens r e t i n e.[2] Quicunque certa relinquunt et incertis inhiant, hi pro stŏlida lĕvitate poenam ferunt.—

33 Ficto vultu prōcedere et nihil dicere velle, nisi quod plăceat, turpe et frĕquens malum est. N u l l a[3] pestis ămicĭtiae căpitalior est et quae hŏminum gĕneri plus n ŏ c e r e p o s s i t.—

34 Ut morbus, nisi principio tollatur, crescit in hōras et u s q u e a d[4] infernos lăcus ducit: ita, nisi primum vĭtiis lĕvioribus obstes, augescunt măla furtim et pernĭciem parant.—

35 Quod tibi nec dīves India serviat neque in hŏnore sis par principibus viris, ne dŏleas. M a x i m u s q u i s q u e[5] maxima saepe p e r i c u l a sustinet; in parva dŏmo vīta beata est.—

36 Cum furem decoctor līmina sua subeuntem ŏpīnatas ŏpes n o c t u[6] quaerere videret, Quid, inquit, n o c t u in aedibus nostris circumspicis? Ego mĕdia luce nihil hic cernere p o s s u m.—

37 Ut truncus ex relĭquo corpore dĕcus non habet, cum formosa făcies de stătua remota est: sic spreti sĭne hŏnore reliqui mores jăcebunt, nisi pudĭcĭtiae laude ornati sint.—

38 Pŏpulus Romanus sēdĭtiosus erat, et e n, arma referre Gallos fāma volans canit. S t a t i m[7] cīves ponunt discordia pectora: sic e t i a m ab hoste premi externo expedit.—

39 E c c e jam sĕnior hŏmo băculum gerit: hinc quam bene grāta sit ipsa arbor cultori suo pătet. Ille ut grăvem pōmis olim furca fulserat, sic illa hunc annis gravem virga sustinet.—

40 A n t e a[8] coeli color simplex fuit; v e r u m ubi Tītanum furto Jŏvis rēgia paene capta est: tum dēmum dii in Ŏlympiacae arcis altis turribus astrorum excŭbias dispos u e r u n t.—

b. Three Couplets.

41 Stŭdiis, cum puer es, et dūro lăbori adsuescas, ne i n s e n e c t u t e[9] aegra te paupertas opprimat. Cī-

[1] Systole. [2] See § 7, v. 70. [3] Non ulla.
[4] Ovid: corpus ad usque meum. [5] *Unus* is often joined to *quisque*.
Also noctĕ. [7] Synonym. [8] See No. 31. [9] Express by *adj.* (being) *old*.

Digitized by Google

cada, quae mĕdio sole cantans segne ōtium trahit, gĕlu victa ēsŭriens mŏritur. Verum formica laboris sui studiosa et tĕnax semper habet sēdula, unde fămem pellat.—

42 Ut rŏsa, quamquam glōria est florum ŏdōrantium[1], pungens spīnarum ăcumen semper habet: sic nimis plăcida vŏluptas et plus aequo blanda semper ăliquid[2] maesti intus solet habere. Tu quŏque tĭme[3] et quae laeta tibi videntur, paulo post tristia fieri posse pŭta.—

43 Ut Phoebus post nūbila tempora rediens grātior, ut gratior pulsa nocte sĕrenus[4] dies: ita, postquam nŏcens fortuna ferendo sŭperata est, jūcunda vĭce laeta redeunt gaudia. Plus nĭmio beatum esse faustaque usque prosperitate frui, res noxia hŏmini est.—

44 Sĭnistram bene ferre sortem non ita difficile est, quam dextras vĭces aequo pectore ferre. Nam mălae fortunae ictus fortis mentis mūnimine plures sustinere videas, quam sĕcundo consĭlio res faustas regere et quem dĕcet mŏdum laetis applicare.—

45 Licet dūra testa et cortex ămarus nŭci sit, intus tămen dulce aliquid et grātum illa habet. Ita doctrina quŏque praeclaraeque artes Palladis et omnia quae hŏmines lăbore digna pŭtant, quamvis difficili ŏpera et sūdore parentur, parta posthac[5] jūcundo fructu beant. —

46 Ut aestivo tempore veniens appāret hĭrundo, verum, dum brūma redit, pulsa frīgore fugit: ita etiam, dum res e voto cedere cernit, incertae fĭdei neque vērus ămicus adest. At ubi ăcerbae fortunae hiemem vidit, avolat nŏvasque ămicitias quaerit.—

47 Ne fortuna rīdens te suo aestu sublevet neve aura sēquior dŏmet lībertatem. Haec vīta, ventis obnoxia adversis, tracta et[6] retracta nunc huc, nunc illuc sequi cogitur. Sōla non mōbilis mănet virtus: haec sēcurum tibi vitae per măre nāvĭgium praestat.—

48 Maeres perpĕtuo et frontem nunquam[7] exporrigis?

---

[1] Any other form of *gen.*?
[2] *Quid* is sometimes used for *aliquid*.
[3] *Imper.* is sometimes expressed periphrastically by *fac* with *subj.*
[4] *Dies* is sometimes *fem.*
[5] See above, No. 31.
[6] Cf. ire redire, ferre referre, instead of ire *et* redire, etc.
[7] Nunquam = non unquam; and nec = et non.

Digitized by Google

Hoccine tu, quaeso, ămice, vīvere vocas? Qui laetos dies sĕrena mente et nĭtido ore exigit, is dēmum vēre vivit. At hunc, qui se perpetuis angoribus torquet, non vivere, sed lenta morte perire pŭto.—

49 Quid mille prōsunt cŏlores, si ŏculis căreas? quis ŏpum ūsus, si sana mente careas? Nam ut tăbella spĕciosa vīsum requirit, sic etiam dīvitiae habere pectus vŏlunt. Cassus lūmine quŏties picturam contrectat, foedat; foedat etiam aera contrectans fūrens.—

50 Qui virtutis ămans incertos hŏnores, quos lĕvis pŏpuli aura affert tollitque, spernit, ingĕnuoque puer Mūsarum ămore incensus omne dĕcus ponit in arte Ăgănippēa, hunc sponte Pallas ămata ad āras suas admittet atque mĕritum căput honore cinget aeterno.—

51 Dum obscurum orbem sol rădiis illūminat, corporis cŏmes indefessus umbra est. Sed ubi lĭquidus āër nĕbula offunditur, en lătus tuum repente umbra deserit. Ut te, dum lūcet sol, umbra sequi solet, sic, dum bŏna splendet fortuna, ămici sequuntur.—

52 Ămyntĭădes victor, qui Persarum[1] regnum subegit, nŏvem deas dignas esse hŏnore duxit, quĭbus quidquid inter tēla et dŭbii Martis nĕgōtia văcui temporis erat, omne daret. Et sŭper quo ipse stratus noctu[2] jăcebat pulvīno nobile ŏpus Hŏmeri subjiciebat. —

53 Hei mihi! quae tempora vitam nostram lăbĕfactant quamque cĕleri calce spes bŏna rĕtro fugit. Sic laetae sĕgetis passim exŏrientia grāmina et prŏpāginem, quae[3] răcēmifera vīte vĭret, aut nĭtidos rāmos tĕnera arbore nascentes grando nĕcat ventorum impetu[4] concita.—

54 Cur tua peccata, insĭpiens, non prius revīsis, praeque illis cur aliena cernere jŭvat? nec pŏtius justae trŭtĭnae exāmine, quid factum a te,[5] quid a te praeteritum sit, pensas, quidque prŏpriae dŏmi restet vel bŏni vel vĭtii, ut Sămii sĕnis prisca docuit rēgula?—

---

[1] See above, No. 13. [2] See above, No. 36.
[3] Cf. sub qua nunc recubas arbore, virga fuit. [4] Metaplaston.
[5] The dat. of the agent is used more often than *abl.* with *a*.

Digitized by Google

55 Fēlix, qui in[1] stŭdia doctrinae incumbit et rectus ămat ignotas vulgo artes discere. Non ambītio hunc, non nōminis glōria, non auri ăvara sĭtis, scĕlerum măter, ūrit. Ingĕnuum făvorem didicit virtute ambire, et, dum recte facit, sătis sibi esse pŭtat.—

56 Omnia de nōbis temporis fŭga tăcite aufert, et quilĭbet dies auctus spōliis praeterit. Sicut pulcherrima rōsa non multis hōris deficit, sic nostra forma exĭguo tempore perit. Mūtata pelle jŭventam reparant serpentes, verum nobis spĕcies non reparanda fugit.—

57 Quid nātura hŏmini etiam praestantissima prōdest, si vīta jăcet deside luxu obruta? Infāmi luxu degener Scīpio, cujus păter Pūnicum regnum subdiderat, defecit. Naturam jŭvat cultura: neque Achilles in arma, nisi sĕnis ŏpe usus esset, tantus ivisset.—

58 Si qua ruina[2] vĕnit in summo rerum culmine positis, illa pondere suo magna venit. Cum ārida hŭmus depositum male solvit, mītius infēlix cŏlōnus fātum accūsat, quam si sĕges, quae jam māturis ăristis flāvebat, plŭvio imbre ātra succumbat.—

59 Mīti obsequio fĕrocem ănimum compesce: in īratos tristis ira lŏcum non habet. Rādit tranquillum ĭter unda[3] tăcito trāmite, quae diductis rīpis lībera văgatur. Haec eadem rauco murmure, si in arctos fīnes constringatur, praecĭpites ăquas rumpit.—

60 Coeli dŏminus fulmen habet, Pallas aegidem[4] fert, Neptuni fuscīna est trīno dente mĭnax. Marspiter proelia mōlitur et ense et curru; Tyndărides ĕquis praevălet, alter pugnis. Alcīdes clāva, Mulciber igni, Euan thyrso, virga praepes Ătlantiades bellatur.—

61 Fortis viri dextra multum hasta vel ense valet: quis nĕgat? satis hoc dŏcŭmenta belli docent. Verum lingua verborum vībrans fulmina plus valet, quibus[5] ad fĕra bella tōtas ăcies movet. Sic

---

[1] Cf. labori incumbere.
[2] To be brought into the Pentam.
[3] See above, No. 53, note [3].
[4] There is a Gk. acc. in ă.
[5] What other form of *abl.*?

Digitized by Google

Ăchillis rōbur vicit fācundia Pўlii, sic arma ferunt Lāertiadem[1] tulisse.—

62 Testam emptor, num hiulca frăgili sŏno rīmam prōdat, sollĭcito dĭgito exāminat; aut admotam văfer inflat spīrantibus buccis, si pĕnĕtrans aura tăcitis pŏris exeat. Cur non ante illorum mores, cum quĭbus ignotis ămicĭtiam jungis, magis probantur?—

63 Ălexander magnus totum orbem devicerat; ex quo[2] Magni nōmen sibi adeptus erat. At quam parvus, quam expers Magni nominis in hoc, quod orbe victo sui ipse căpax non fuit. Quid ergo prōfuerit ab[3] ăliis magnum hăberi et nomine dici, si ipse sibi parvus fuit?—

64 Cor Porcia, Scaevola dextram sibi flammis adussit, et quas hic mănu făces sensit, illa combibit. Ŭterque patria sua dignus, sed Porcia illo dignior, si pro patriis fŏcis usta esset. Nunc Scaevola vincit, dum vīvens patriae ămore fecit, quod amore viri Porcia mŏriens.—

65 Supplĭcium de Cĭcerone parans sumere cum stricto mūcrone fĕrus adstaret sătelles; ille immoto vultu et constantibus ŏculis collum crūdeli mănui[4] sĕcandum praebens, Publica lībertas, vīta mihi cārior, me quŏque, me, inquit, te mŏriente mori fas est.—

66 Fūrius Cămillus sub Posthŭmio dictatore arma gerens ācer erat adversus[5] Volscos hostes. Mĕdiis in turmis ĕquitans ferrum hauserat coxendice propriaque inde manu vulserat. Neque tamen idcirco rĕtro fŭgit: hēros, cum tēla sibi infīgi videt, acrius urget.—

c. Four Couplets.

67 Mīnos,[6] qui Gnōsia oppida legibus constĭtuit, Idaeum Jŏvem consuluisse dicitur, ecquid legum mĭnistros, ut rata perpĕtuo tempore jura essent, praestare ŏporteret. Juppiter, ut infracta măneant, ait,[7] legum repāgula, saepe tua dicta pălam leguntor.[8]

---

[1] Laertiades, ae.
[2] How else can one express *after that*?
[3] See above, No. 54, note [5].
[4] *Curru*, etc. for *currui*, etc.
[5] What is the signif. of *in* with acc.?
[6] See above, No. 53, note [3].
[7] May stand at the end of a sentence.
[8] Express the *imper.* by a periphrasis.

Digitized by Google

His pāruit Minos et ter quŏtannis pŏpulo suo recitanda jura proposuisse fertur.—

68 Sive nŏvo veré Păphiis in arvis rŏsa splendescat, sive Rhīpaea grandine hiems sāta tristet; sive sub Zĕphyri auris a e q u o r tranquillum mānet, sive carbasa Cauris turgida cymba ferat; aethere seu rīdeat Tītan, seu nūbila denset; fulgure trémant saxa, hŭmum Iris lustret:—fac tua, r e l i n q u e ălios; coelum suspice, c o n t e m n e orbem; vīve certus mŏri, i n c ē t e r i s[1] fide deo.—

69 Omnia, quae i n[2] terris pulcra videntur, dispereunt: dīvitias sors inimica subito rapit. Virtus et rerum doctrina dūrat perpĕtuo et in illam nihil sors habet quod dŏminetur. Haec sōla et laudem et dĕcus tibi parare potest haecque facit u t vēris deliciis f r u a r e.[3] Hanc vĭgili lăbore tibi quaeras, puer stŭdiose, haec prae cunctis pŏtiore tibi loco sit.—

70 N a u t a,[4] cum fluctus a e q u o r i s[5] nāvigat, quamvis tranquillum măre et coelum sĕrenum sit, tamen armāmenta, q u i b u s ātris tempestatibus naufrăgium vītet, semper solet habere. Sic quĭbus făvens fortuna est bĕnignoque vultu rīdet et ex voto quaeque prospera fluunt, si săpiunt, tūtum a d v e r s u s[6] illam, quŏniam mūtabilis est, praesĭdium quaerere dĕbent.—

71 Vulgi crīmine falso damnatus Miltiades, quod i n c a u t u s[7] patriae ŏpes tractasset, pro tŏties servata suorum lībertate injusto carcere clausus mortem obit. Hunc ut sĕpulcris majorum inferre posset nātus, ecce păterna vincula jussu pŏpuli subit. Nulla via pietati invia est: ignes et vincula et mānus in s u u m f ā t u m strictas despicit.—

72 Cum Năsŏ quondam forte sōlus dŏmi sederet stŭdiis et carminibus suis intentus, Pēlignus cŏlonus a gĕlido rure vĕniens a r d u u m dīvini vātis l ī m e n adit. Utque agrestis erat, magno strĕpitu ostia fĕrit et tăcito ore properans mŏras increpat: "Nescio, quid i n t e r[8] tālem vatem et ăsellum sit." Naso poëta brĕviter respondit: "fŏres."—

---

[1] Cf. cetera parce, puer, bello.
[2] Prep. superfluous.
[3] Facere with *acc.* and *infin.*
[4] Epenthesis.
[5] See above, No. 13, note.
[6] Anastrophe.
[7] Cf. male sanus for insanus.
[8] The prep. can stand before the second subst.

Digitized by Google

§ 9. Several Hexameters, without Division of Verse, with Alterations as in §§ 7 and 8.

a. Two Hexameters.

1 Hic hŏnos tibi ametur, qui dēbita jura deo, rēgi et patriae ipsisque legibus reddere suadet.—
2 Garrulitas nūgis, vēro aptissima brĕvitas est: somnia et fābula verbosam linguam quaerunt.—
3 Fortunae n e[1] confidas instăbili vento: mox f o r t a s s e[2] aura sĭlebit, quae strĕpit exŏriens.—
4 Nihil tam firmum est, cui non ab invălido quandoque nŏceri possit: vel ărāneus anguem perimit.—
5 Ălii tua facta laudibus extollant, tibi tăcendum est: laus prŏprio ore relata sordescit.—
6 Tu si nĭmio plus o b l e c t a r i[3] cŭpis, prōdit inde ă m ā r ĭ t i a[4] et mille vītae incommoda.—
7 Fēlix, qui festīna cărina scŏpulos vītae et naufraga saxa post se l i n q u e r e potuit.—
8 Nihil adeo dulce est, quod, si plus aequo dūraverit, non ămarum videatur et non displiceat.—
9 Tu, si fas et quantum lĭcet, largire, neque ultra, quam sit permissa făcultas, impensam facias.—
10 Qui incerta pro certis sequuntur et qui pro dŭbiis quae mănĭfesta sunt relinquunt, rīdentur.—
11 Paucos tibi a c bŏnos delige, cum quĭbus sēcurus aevum et līte remota ducere văleas.—
12 Quam brĕvis, incerta et multorum mălorum plēna et quantis p e r i c u l i s vīta nostra obnoxia est.—
13 O m n i a, q u a e a prīmis annis nascentes hausimus, dūrant illa diu et ănimis tenaciter haerent.—
14 Fert flores Zĕphўrus et terram vĭrentibus herbis vestit, ăvibus cantum et silvis dĕcōrem dans.—
15 Indoctum rāro contingit prŏbum esse, et ignōrantia mentem in ātras tĕnĕbras errorum trūdit.—
16 Tantum spectatis sŏdalibus arcana effer, et quod ălios tăcere vŏles, prior ipse t a c e.—
17 Nihil cupide spectes, nisi quod f a c e r e dĕcorum est: turpia spectacula tĕneras corrumpunt mentes.—

---

[1] In Key note confidere. Cf. *cave putes* = ne putes.
[2] Forsan et haec olim meminisse juvabit.—Virg.
[3] Paragoge.
[4] Cf. *mollitia* and *mollities*.

Digitized by Google

18 Nihil facias, quod pŭtes videri turpe fecisse, curāque, ut pro multis testibus tibi ipse sis.—

19 Quae vŏles servare, saepe in v ī s e:[1] nam quae saepe videntur, furem mĭnus mĕtuunt.—

20 Ne cui mĭsero unquam p a u p e r t a t e m[2] ex prŏ b r e s[2]: cujus mūnus ŏpes, ejusdem munus ĕgestas est.—

21 Pauca puero, sed tempestiva loqui dĕcorum est: haec e n i m res ingĕnium, illa pŭdorem indicat.—

22 Fac eo, quod contigit, s e m p e r contentus fruaris, ita tamen, ut nunquam mittas mĕliora requirere.—

23 N ŏ t ā, quam sint cuncta hŏminum vāria et incerta, ne unquam te aut prospera tollant aut adversa premant.—

b. Three Hexameters.

24 Quam bene balsămeo v e s t i s ŏdore tingitur et prĕtiosa gemma f u l g e n t e auro includitur, tam bene conjunctas mentes concordia dĕcŏrat.—

25 Ille fēlix, qui dei bŏnitate se tuetur, adversis rebus et sĕcundis păriter supplex, quique nunquam inani praesĭdio hŏminum fidit.—

26 Si quis viator ignota rĕgione aberrat aut ĕquo delapsus ŏpacis silvis prōcumbit, erige et errantem mĕliore siste trāmite.—

27 Semper vēridicis lăbellis sermonem emitte, sive dies sit ante jūdicis trĭbunal tibi dicta, sive dulci alloquio convīvas pascere jŭvat.—

28 Quŏties văfer auceps ăvibus insĭdias instruit, mendaci ăvena vēros cantus ĭmĭtatur. Ut fallat, impius semper pia verba prŏfatur.—

29 Haud sătis est nulli se[4] nŏcentem praebere: aude q u o q u e contra cōnatus mălorum ire, qui amico damnum, prŏbrum mortemque mĭnantur.—

30 Unam, ut perfectam teneas, artem s ē d u l o[5] cole n e v e te coepta vīcini artificis mŏrentur: excellens industria n o n parvam laudem vindicat.—

31 Sua cuivis sors, lĭcet ampla, angusta videtur: e vīte vīcini ūberior răcēmus prōdit: ălienae querelae v e l mĭnor v e l nulla causa est.—

---

[1] Periphrastic *imper.* [2] Poetic form paupĕries.
[3] With what tense interchangeable? [4] *Se* is often doubled.
[5] Poets say *tarda fluunt tempora* for *tarde.*

Digitized by Google

32 Sīrēnes, Circen et jŭvenis et sénex effuge: nam si harum cantus tibi aurem mulceat, more fĕrarum agros inops mentis percurres.—

33 Mĕdiŏcrem sortem amplectere, ut sēcure degas: vallibus nŏcet unda, căcumina alta fulmina fĕriunt, mŏdici collis sēdes tūtissima esse solet.—

34 Saepe ăliquis săpiens evadere poterat, nisi ante visus sibi esset. Prudentia crescit tempore: longa dies ūsusque măgister artifices probat.—

35 Cur hŏmo, si nihil exĭmium annis lābentibus inchoet, brĕvioris vītae tempora accusat? Quantalibet aetas recte facienti sufficit.—

36 Aude tua sorte contentus vīvere teque impăvidus et liber sŭperbae fortunae oppone. Nemo mĭser paupertate[1] vel auro beatus est.—

37 Collum jŭvenis māture discas jŭgo subdere, ne post hac[2] insuetus lăbores ferre renuas, cum tibi jam plēnis ab annis rōbur accedet.—

38 Magnorum sŭperorum[3] laudes et potentium[4] hērōum splendida facta aeterno carmine Musae cănunt mĕmoremque fāmam magnis addunt virtutibus.—

39 Contra sŭperos tu ne quid tentes contendere, ut quondam cum[5] coelo pugnasse perhibent Gĭgantes, quando Pēlion impositum sibi Ossa obstŭpuit.—

40 Multa multis lŏcis audire et videre ŏportet et multorum hŏminum urbes moresque cognoscere, ut prudentia pectus diu collecta dĕcŏret.—

41 In prōgĕnie gĕnerosă virtus părentum est: sic scillae non rŏsam, cardui non ūvam prōferunt, neque rēgina ăvium imbelles cŏlumbas parit.—

c. Four Hexameters.

42 Deformi cortice Pūnica māla tecta vides, intus tămen suavissimo[6] gustu grāna lătitant. Scilicet prĕtiosa latent fĕre, sed vīlia obvia sunt passim ŏculis nec ullo ămictu teguntur.—

43 Căve ne quis sub ămici nōmine te fallat et, quem forte rebus tuis certam sălutem spondere pŭtes,

---

[1] See above, No. 20, note [2].
[2] See § 8, No. 31, note [5].
[3] Cf. Deûm for Deorum.
[4] See § 8, No. 42, note [1].
[5] Cf. ne cupias pugnare puellae.
[6] Cf. Virgil: pedibus celerem et pernicibus alis (terra genuit).

Digitized by Google

certa lues, ăcerba pestis s i t.[1] Saepe sub ingĕnuo vultu mens subdola lătitat.—

44 Nullis f ā t i legibus obnoxia virtus est et nescit terra condi, s e d alta sīdera căpessens et vertice tractus a e t h e r i s[2] contingens d e[3] nĕce sēcura et inămabilis Orci victrix est.—

45 Mos in Lătio erat vītali quercu cīvica serta intexere viris, qui in mĕdio aestu Martis captivum civem exĭtio poterant subducere: qua nulla cŏrona m ă g i s pŏpulis in hŏnore fuit.—

46 Piĕrii vātes, v e l u t sīderis ĭmago in spĕculum tralūcet, u t fontis vis limpida, pūro vĭtro condita, solis rădio inardescit, ita illi coeli mŏdŭlamine flammant ănimos.—

47 Ille C r o e s u m[4] ŏpibus vincet, illi Hermus fluet, cui contemnere opes lĭcuit: sunt dēnique certae dīvitiae virtus et săpientia, quas nec bellum nec mors supremā p o t e s t[5] făvilla r a p e r e.—

48 Ne porro fraudi mihi sit vulgata fābula, h a c t e n u s[6] modo grāta exsistere benefacta, dum c ĭ t r a[7] spem solvendi consistant, longius autem prōgressa in tĕnues auras evānida f u n d i.[8]—

49 Tranq u i l l u m per ōtium nihil tibi laudis continget: laurea desĭdiae nulla praebetur; jŭvat pŏtenti ănimo esse: audenti fortuna saepe făvorem tulit et păvidos vĕtat triumpho gaudere.—

50 Praeter virtutem n i h i l[9] dūrabile est: pereunt dīvitiae, spĕcies e t i a m, rōbur, hŏnores, cuncta cădunt; virtus dūrat aeterno tempore, quam fortuna n o n p o t e s t nec longa vĕtustas tollere.—

51 Qui virtute pollet, Ărăbum deserta et nĭgros Aethĭopas rĭgidosque Gĕtas Indosque tūtus et incŏlumis lustrabit: fortunae sōla virtus resistit cum[10] illaque pugnat indŭbio certamine.—

52 Qui facere quique n o v i s s e quam plurima cŭpit altumque in terris virtute ăliqua sibi nōmen quaerere, hunc vĭgilare ŏpus est: praeclara e n i m n o n[11] geruntur stertendo, mollesque lectos detrectat glōria.—

---

[1] Epanaphora: see § 8, No. 15. [2] See § 8, No. 13.
[3] *Securus* also governs a *gen.*
[4] When "people like Cr." are meant, the *pl.* may be used.
[5] See § 7, No. 68. [6] Tmesis. [7] Anastrophe. [8] Paragoge.
[9] To be resolved as *nullus* into *non ullus.*
[10] See above, No. 39. [11] = neque enim.

Digitized by Google

53 Horrendum monstrum invĭdia, pestis saevissima, mălum exĭtiale, quo n u l l u m viŏlentius: insequitur virtutem, lăcerat benefacta ŏditque bonos et alterius just o s hŏn o r e s indignatur.

54 Inspice te in spĕculo et, sive bona tibi forma videtur, obscaenis moribus illam foedare c a v e; sive dĕcorem vultus nātura tibi subtraxit, ingĕnio ut formae damna compenses lăbora.—

d. Five Hexameters.

55 Vīta tibi mĕrito marcet, omnis hŏnos ăvītae gentis cădet, si fāma tua in ŏrigine sōla est. Longo stemmate censeri, pictum dĕcus majorum ostentare n i h i l prōsit; t u u m s i t q u o d ipse feceris; nam ăliorum factis incumbere vīle est.—

56 Nulla res pernĭciosior est q u a m vŏluptas: consĭlium aufert et mentem premit, obstat virtutibus, corrumpit mores maxima vĭtiorum nutrix, debilitat corpus, obtundit sensus; nŏcens ămaro fīne causa hŏmi n i b u s multorum mălorum est.—

57 S e m p e r annus mŏdum servat et semper partes easdem habet: tĕpido veri mox ferventior aestas subit, hanc d e i n c e p s[1] auctumnus sequitur pōmis et ūvis fĕcundus, post quem hiems s u u m secum frīg u s ducit omniaque gĕlidis torpent ăquilonibus.—

58 Suis rādīcibus virtus alte fixa haeret clārescitque mălo et a vulnere vires sumit, v e l u t arbor, quae intonsi montis vertice consita flābrorum mĭnas et turbinis ātri inulta spernit: quippe sōlo suaeque mōlis viribus ingens stat.—

59 Quo spīca grăvior grānis est, hoc m a g i s in fertili agro căput illa demittit et mŏdeste nūtat; quo a u t e m lĕvior et inanior est, hoc magis caput illa in auras tollit, t a n q u a m prae se fortiter omnes despiciat. Quid sibi hoc vĕlit, nosti s i n e indice.—

60 Insānus Phăĕthon dum coelestia frēna mortali mănu tractare stŭdet, nonne Pădi i m a[2] stagna pressit et currum cădens ac vītam reliquit? Prudens mētitur s e[3] et intra nāturae fīnes continet nec plus audet quam convĕnit.—

---

[1] Dissyllable. [2] What other form of superl.? [3] See above, No. 29.

Digitized by Google

61 Tam cĭto per spătium duŏdēno flexum trāmite, ad lūcum Herculis prŏpe f l ū m e n cĕlebris Pīsae, nunquam sŏnipes in pulvere Ēlēo victor abiit, quam cito Vĕneris dīlapsa est jūcunda lĭbido: praeterit ut rapidus torrens e vertice m o n t i s.[1]—

e. Six Hexameters.

62 Quos neque dextra cuiquam nec ferro sternere fas est, hos saepe īrati pectoris aest u s freg i t. Quid? nonne Ajax, Tĕlămōn i s fil i u s,[2] bello invictus, ipse ănimi gĕnerosas făces ira obruit et pro forti Ŭlixe pĕcus sētĭgerum mactat fūrensque se vītali mūnere lucis privat?

63 Falce succisa mŏriuntur quĭdem in arvis suis grāmina, sed surgunt i t e r u m de vĭridi cespite; occidere soles et eosdem remeare videmus, etiam lūnae coelestia damna cĕle r i t e r[3] repărant. Non ita hom i n i b u s vita redit neque aevum redditur, neque ullius căput ense recisum r e p u l l u l a t.[4]—

64 Praestat et dĕcus est afflictis rebus confidere; crasti-n u s dies forte mĕliore aura fulserit. Speranti via non est invia; sōla spes sŭperstes ălit afflictos, quam violentia non franget. Nonne coelum vides, quod prius condebant nūbila obductis nimbis, nunc sĕreno vultu ire?—

65 Semper hōra fēta bonis et feta malis nŏva parturit et assĭdue nova dando, quae dedit, aufert. Tsus est in angusto; carpite praes e n s tem p u s vītae: jam nos fugiti v u m destit u i t,[5] neque ulla spes est cuncta astra in i i s d e m[6] sēdibus revisendi, in quibus cŭbĭlia posuerunt lūna hesterna.—

66 Ausŏnii belli quondam clarissima fulmina Marcelli duoque Dĕcii, et gnatus et pater, patriae offensos d e o s[7] et iniqua nūmina in proprium căput verterunt piique morte sua vītam suorum pepererunt Dītique vĕrenda victima pro Lătiis rebus ultro ceciderunt.—

67 Ōtium tu lassi somni, quantum potes, vīta. Eheu, quam longam quietem fātum tibi trĭbuet, cum sĕmel illa nŏvissima nox adfuerit, post quam n u l-

---

[1] Adjective. [2] Telamoniades, Telamonius. [3] See above, No. 30, note [5].
[4] Diplasiasmus, whereby a consonant is doubled, as in τόσσος for τόσος.
[5] Pres. tense. [6] Dissyllable. [7] Use form Dīvi.

Digitized by Google

lus[1] dies redit, spīritusque iste lĕvis ac vŏlucri
aurae sĭmillimus gĕlidos artus reliquerit: tunc
lūmina tibi perpĕtuo somno claudentur.—

68 Tres natos in certamine ut vincere vidit Dīăgŏras[2] et
căpita victrici cŏrona cingi pŏpulumque quaqua
grātantem flores spargere, quin etiam laetos natos
sibi oscula porrigere: repente in stădio spectante
adstantium turba concidit, et gaudia fīnem vītae
prŏperaverunt.—

69 Ut, quŏties dīvitis regis conclave pătescit, tăbulae
appārent gemmis et auro nĭtentes et quidquid His-
pani ab occĭdua India[3] prōferunt: sic, ubi
făcundi elŏquii flumina dulcissima fundit promens
mĕditata ănimo dĭsertus, demersa Dēmŏcrĭti pŭteo
tălenta recludit.—

f. Seven Hexameters.

70 Omnibus constat fixa dies et aevi terminus, quem nulli
licet sŭperare citraque aut ultra movere. Ipse
pater deorum dŏcet Parcas omnia, qua vĭce suum
cuique stămen vel nectant vel secent: ille data
pensa rĕgit ac mănus et fīla gŭbernat; et quos
ăliis cāriores[4] habet, illos ōcius ex vītae aerum-
nis eripit et transfert in aethera.—

71 Fortunae ventos quis docti vēla frangere audivit?
Hunc si undis sors ĭniquis obruere mĭnitatur,
auxĭlium virtus festĭnat: suos semper ălumnos
prōtegit alma doctrina diuque mĭseris căsibus
urgeri non pătitur: naufrăgio tăbulam affert, qua
tūti nando inter spūmosos fluctus lītus possint
attingere.—

72 Virtutibus dŏlor calcar, vĭtiis frēnos[5] addit. Nonne
igne aurum prĕtiosius fieri vides atque ūberius
sŏlum praedūri lĭgonis dente, et ăquam, quae non
fluit, pūtrescere? Ferrum adspice: pulchrius ūsu
est, cessans sordet rūbīgine. Virtus praecīpue in
ātris rebus clārior spectatur, ut in tĕnĕbris ignis
magis enitet.—

73 Qui nihil ferre potest, hŏminum commercia vītet et
silvis aut altis montibus sōlus degat. Qui vero
hominum coetus et urbes cĕlebrat, multa discat

---

[1] Resolve. [2] Diastole. [3] Metonymy: inhabitants for country (Gram. § 606).
[4] Compar. by *magis*. [5] Heteroclite.

Digitized by Google

păti īramque frēnis coerceat, neve făcile ac lĕvi de causa pacis v i n c u l a abrumpere vĕlit ămicisque quantum potest ignoscat, ut quam ăliis dedit vĕniam ipse mĕreri possit.—

g. Eight Hexameters.

74 Non tam tecta Phīdĭăco marmore fulgentia, non dīvite gemma ātria, non Indo cultu splendida, non v e s t i s Tўrio mūrice sătŭrata, non clārum ăvorum nōmen, non gĕneris splendor, non arces praecelsis rūpibus sŭperimpositae, non ŏpes virtutis inopes, non ăcervi aeris — rēgi subjectae plēbis ămorem concĭliant, quam justi amor sincerus et cŭpido recti.—

75 Ut fons inexhaustis undis ū b e r r i m u s,[1] quem assĭdue pueri, nuptae et innuptae puellae, quem m u l t i advĕ n a e et turba vīcina frĕquentat, lĭquores rōrante terra jūges semper habet, quos lătices, quae pōcula cunctis grāta mĭnistret: ita bŏnus princeps commune bonum est: instar ūberis fontis inexhaustis rīvis a tāli principe infīnita in cunctos cīves commoda fluunt.—

76 Rex vŏlucrum cum pennas sibi jam crescere sensit, frētus ālarum rēmĭgio nīdum contemnere incipit et magno inani vŏlitans se crēdit jamque ipse sibi raptam un c o ung u e escam petit. Sic gĕnerosa mens, pĕnates suos dedignata nec vītam ignava quiete degere contenta, externas terras peragrando gestit vīsere et tollere se hŭmo atque vi o r u m per ora vŏlitare.—

77 Quid lychni ignem, pāpĭlio, mĭserabilis circumvŏlitas? quid plaudis tibi in istis tam brĕvibus et[2] fūnestis deliciis? Adusta ālarum membrānula jam cum rostro et pĕdibus perustis disperiit, tuque ipse jăces cunctis mĕmorabile exemplum, quibus lĭbido exĭtiosa cordi est, q u i b u s una vŏluptatis guttula mille dŏlorum assĭduos in crŭciato pectore fluctus excitat.—

---

[1] To be strengthened by an adverb. [2] Anaphora.

Digitized by Google

§ 10. Elegiac Verses with omitted Epithets and with Alterations as in §§ 7, 8, 9.

Remark.—The art of versification among the ancients was displayed to a considerable extent in the correct arrangement of epithets. It will be as well to state a few of the more important rules observed. It is necessary, then, to distinguish between merely ornamental epithets, and epithets which are either necessary to the sense or which have some logical relation to the substantive: the latter stand in close connection with the substantive, either before or after it; the former are often separated from their substantives by one or more words. When a verse is divided into two parts by the Caesura, it is common for the substantive and epithet to stand in corresponding positions in the two members. The following may serve as examples, both in the case of Hexameters and Pentameters:

1. Hexameter: one substantive and one adjective:

Scilicet ut fulvum || spectatur in ignibus aurum.

Another position is that of the adjective immediately *after* the Principal Caesura with the substantive at the end of the verse (or *vice versâ*): as,

Divitias alius || fulvo sibi | congerat auro.

See also the correspondence between the different divisions of verses which have more than one Caesura:

Sic moestae || cecinere tubae || etc.
Eumenides || quibus anguineo || redimita capillo;
Infandum || regina jubes || renovare dolorem.

2. Hexameter: two substantives and two adjectives:

Festaque odoratis || innectunt tempora sertis;
Ille gravem duro || terram qui vertit aratro.

3. Pentameter: two adjectives:

Mollia composita || litora fronde tegit;
Arida nec pluvio || supplicat herba Jovi.

Obs. In the Pent. especially, an adj. and subst. in agreement are often placed between another adj. and subst. in agreement: *e. g.*:—

Portatur niveis currus eburnus equis;
Neu timeat celeres tardior agna lupos.

Digitized by Google

A. Elegiac Verses with Epithets subjoined which will all fall into the Metre.

1 Quam sŭbito arva floribus[1] nūdantur, quam subito pōpulus[2] cŏmis:[3] tam cĕleriter Parcae[4] stāmina deducunt: fŭgit vīta, mors[5] tăcito pede venit. (2)

[1] Laetus, nĭtidus, pictus, vārius. [2] Altus, albus, ustus, orbus. [3] Tĕner, vernus, aestivus. [4] Saevus, dirus, tristis, ăvidus. [5] Āter.

2 Tempore vītis in ulmo[1] līvescit, tempore spīca agros[2] cŏlorat: tempore pōma rŭbore[3] signantur, temporibus flūmina, tempore ămor crescit. (2)

[1] Prōcērus, sublimis, rāmosus. [2] Frūgifer, flāvens, trĭtĭceus. [3] Purpūreus, pūnĭceus.

3 Formicae cūras,[1] jŭventus, ĭmitare, dum floret aevi tui tempus:[2] ne tibi forte cum cĭcadis[3] ĕgendum sit, cum sĕnectutem hiems[4] ŏnerabit. (2)

[1] Vĭgil, gnāvus, assĭduus. [2] Prīmus, vernus, blandus, laetus, ămoenus. [3] Lēvis, stŏlidus, pĭger. [4] Cānus.

4 Fŭgit hiems, arbor frondibus[1] vestitur, et jam Flora[2] nŏvos chŏros ducit. Bŏrĕas concedit Zĕphўri auris[3] et vŏlucrum carmine[4] rura sŏnant. (2)

[1] Tĕner, laetus, nĭtidus, vernus. [2] Vĕnustus, candidus, ămoenus, ŏdorus. [3] Fēlix, spīrans, gĕnitalis. [4] Dulcis, mollis, tĕner, vārius.

5 Adspice, ut per inane stĕriles cŏmas emittat, quae săta arbor in agro[1] nascitur. Si tămen surculus trunco insertus sit, ingenti fēnore arbor[2] pōma dabit. (2)

[1] Vīridis, pinguis. [2] Dīves, fertilis, fēcundus, frūgifer.

6 Ecce, ut in ăgello[1] rŏsa[2] ŏdōrato sĭnu conspicienda surgit, hŏnor[3] ruris ac dĕcus horti, veris nŏva glōria, cujus ŏpes[4] spīna tuetur. (2)

[1] Herbifer, excultus, hālans. [2] Frāgrans, formosus in the superlative. [3] Honŏr and honōs. [4] Punĭceus, purpūreus.

7 Ecce, jam nŏvo vere, jam auris sole tĕpentibus cum imbre[1] Zĕphўrus[2] ruit sĭnusque terrae[3] ac glēbas resolvit, ut pasta lĭquore[4] lătices bibat. Jam sĕgetes sulci, jam frondes arbores explicant: e sŏlo[5] grāmen et herbae prōsĭliunt. (3)

[1] Rĭguus, tĕnuis. [2] Lēnior, mollior, mītior, candidus. [3] Fēcundus, laetans, torpens. [4] Dulcis, lĭquidus, grātus, suavis. [5] Vīridis, pătulus, grăvidus, mollis, ūdus.

Digitized by Google

8 Nec si grāves cērae ātrium[1] circumdant, nec si multae victimae mānu[2] caesae sunt: nec si plura per āras[3] tura frāgrarunt, nec si mille artes dī vōbis dederunt, et lingua, quae Dītem possit flectere, contigerit: crēdite deas vos[4] posse lānificas flectere. (3)

[1] Longus, lātus. [2] Pius. [3] Sācer. [4] May be omitted.

9 Si quaeris, cur Nĭŏbae tot nātos Lātōnia abstulerit,[1] causa in promptu est: fuit sŭperba. Depone[2] sŭpercĭlium, exue fastum,[3] et qua tŭmes formam pŭta perire posse. Cernis, ut frīgore[4] silva stet nūdis rāmis, vērĕ[5] cŏmis[6] vīrens? Nec tibi décus oris[7] perpĕtuum est: abibit, nĭveam cŭtem rūgae[8] inficient. (4)

[1] Do the poets always use the *subj.* in such questions? [2] The poets use the simple form for the compound. [3] Ventosus, dēmens, sublatus. [4] Arctōus, immītis, hībernus. [5] Tĕpens, rĕcens, fŏvens. [6] Largus, densus, laetus, tĕner, nītidus. [7] Pulcher, rōseus. [8] Squālidus, sordĭdus.

10 Dulce (est) in gĕniali horto gressus[1] ponere, dulce flores carpere, veris[2] ŏpes; dulce Phoebi făces sub umbra[3] vītare, dulce sĭtim[4] levare vīni rore; dulce Cămēnae sŏnis[5] aures adhibere, dulce cĭtharae, dulce lўrae mŏdos bibere. Dulcior his constans ūsus amici[6] vĕnit: quid hujus sĭnu recŭbare dulcius est? (4)

[1] Vāgus. [2] Nŏvus. [3] Densus, vĭridis, spissus, gĕlidus. [4] Ăvidus, grăvis, mălus. [5] Blandus, vārius, lĕpidus. [6] Fīdus, cārus, certus.

11 Quam cĕleri mortalia omnia lapsu perĕunt quamque subito frīgore vīta nostra cadit! Tam cīto cŏlorem[1] non perdit rŏsa,[2] tam cīto nec bulla ăquis[3] recedit. Heu, post brĕve tempus ad Orcum[4] fŭgimus, et cuncta mors[5] falce[6] mĕtit. (3)

[1] Vārius, rūtilus, rŭbens. [2] Vernus, pictus, pulcher, ămoenus, ŏdorus. [3] Clārus, lĭquidus, pūrus. [4] Pallens, nĭgrans, Tartărĕus. [5] Crŭentus, ferreus, pallidus, fĕrus. [6] Durus, saevus, săcrilĕgus.

12 Dum ălii tempus sub luxu[1] perdunt dumque ōtium agunt vānis rebus plēnum; hic dum ĕquis gaudet, ille dum fĕrarum saltus lustrat atque apros[2] cuspide figit; alter dum ab occasu solis ad ortum solis pōcula siccat plena[3] mĕri,[4] aut ad nocturna lūmina tălos[5] quassans dum cāne[6]

Digitized by Google

ŏpes[7] perdit: stŭdiis ănimum et hŏnestis rebus intende, otia[8] vītae tu fuge. (5)

[1] Mollis, turpis, segnis, iners, deses. [2] Hirsutus, immanis, audax. [3] Referta with *abl.* [4] Spūmans, immensus, immŏdicus. [5] Lĕvis. [6] Damnosus, infaustus, infestus. [7] Largus, patrius. [8] Desidiosus.

13 Redit post hiemem veris[1] tempus, sed sĕnes[2] jŭventus nulla sequitur. Phoebae cornua exstincta reparari cernimus; post occŭbitum sol[3] semper redit. Sed homini nunquam post fātum mūnus vītae nec seni potest prima lānugo redire. Ergo virtutes artesque Palladis discendae, dum puero tibi jŭventus[4] floret. (4)

[1] Jūcundus, gĕnialis, formosus, fēlix. [2] Fessus, trĕmulus, fractus, cānus. [3] Splendidus, candidus, lūcidus, flammifer. [4] Primus, laetus, blandus.

14 Phoenix āles, qui vīvit Assўriis ŏdoribus, ĭterum semper exŭviis suis nascitur. Damna herbae[1] nŏvis floribus reparant, cum pulso frīgore hiems[2] cessit. Tunc violae iterum, tunc mille cŏlorum germina, quae prius aura[3] laeserat, vīrent. Nobis vero, cum occidit flos[4] aevi,[5] ad sŭperos via ădamante[6] clausa est. (4)

Campestris, agrestis, silvestris. [2] Asper, horridus, turbidus, tristis, ācer. [3] Immitis, violentus, hostilis, lĭbīdinosus. [4] Brĕvis, cŏler, tĕner. [5] Mĭser, dŭbius, fluxus, răpidus. [6] Dūrus, rĭgidus, sŏlidus, vălidus.

15 Dum cĭcada[1] in mўrīcis[2] pascitur et ŏbria rore[3] per arva sonat, formica et brūmae et sĕnectuti[4] mĕtuens annonam levat sēdulitate.[5] Commeat per prāta[6] angusto calle et magnum ŏnus corpore exili vectat. Far tecto suo et fămis[7] sŏlatia congerit et pĕnum[8] ăvara stīpat. (4)

Laetus, raucus. [2] Tĕner, quĕrulus, resonus, aestivus. [3] Agrestis, aethereus, hūmens, irrĭguus. [4] Tardus, pĭger, mĭser, sērus. [5] Vĭgil, cautus, gnāvus. [6] Vĭrens, pătens. [7] Dīrus, maestus, durus, răbidus. [8] Largus, plenus, grăvis, caecus.

16 Parce mĕtu: qui nūtu Ŏlympum[1] torquet, is vōtis tuis, si pia sunt, adnuet: adnuet et, si quando austris[2] urgebitur, dŭbiae răti portus[3] et aura erit. Verum qui certam sibi spem in armis humanis ponit, carbasa[4] in mări[5] franget; et si quando Scyllae aestus[6] effugerit, in tuos scŏpulos, Chărybdi,[7] incidet. Scilicet vĭce[8] rerum lăborant

Digitized by Google

nostra: quod vĕnit auxĭlium, omne a sŭperis venit. (5)

[1] Celsus, magnus, aethereus, summus, astrifer. [2] Tŭmidus, saevus, durus, densus, crēber, caecus. [3] Certus, tūtus, fīdus. [4] Flūxus, tensus, plēnus, ruptus. [5] Infestus, insanus, ingens, immensus, īratus, indŏmitus. [6] Răbidus, răpidus, raucus, caecus. [7] Dīrus, saevus, torvus, āter. [8] Incertus, instăbilis, anceps.

17 Adspicis, ut veris[1] praenuntia hĭrundo semper Arctōam plăgam repetere[2] gaudeat, cum a Zĕphyri flatibus āër[3] tĕpet, cumque blanda eunt veris[4] tempora? At ŭbi brūmae[5] sīdera jam redeunt, pulsa frīgore occĭduum frĕtum relegit. Sic, ubi fortuna sĕreno vultu te respiciet et rŏta tua sincero axe curret, multos tu tibi ămicos adjunctos nŭmerabis: magna căterva ad lătus tuum incedet. At ubi Cauri[6] sidera praetexunt coelumque omne nūbibus[7] lătet; nullus erit amicus, qui amicum[8] consōletur, nullus ĕrit, qui lapsum relevet. (7)

[1] Tĕpidus, plăcidus, nĭtidus, blandus. [2] Diplasiasmus. [3] Lĭquefactus, tĕnuatus. [4] See note [1]. [5] Glăcialis, nimbosus, inămoenus, informis. [6] Hibernus, nimbosus. [7] Pĭceus, caecus, nĭger, obscurus. [8] Maestus, tristis, mĭser.

B. Elegiac Verses with subjoined Epithets for Choice.

Ver.

18 Pulsa brūma sub Arcton[1] concedit; hĭberno axe gĕlu[2] conditur. Jam lēni Zĕphyrus vŏlatu sŭper arva[3] fertur et rura nectare[4] beat. Tĕpidos hic rores ămicasque auras sufficit et nŏvis illĕcebris primum grāmen fŏvet. Ipsae Hўădes etiam in dulces undas solvuntur et terra[5] ăquis[6] rĭgatur. Sed Plēĭădum modo lacrimas coelique nūbila rŏseis ĕquis Cynthius[7] sōlatur, et lēnior aura abstergit imbres[8] nŏtos[9] que cogit antrum subire. Tunc ăger[10] herbas[11] parturit et nūdam hŭmum vĭridi cyclade vestit, et rursus sol[12] orbi ănimam adspirat Chlōridisque arva rŏseis gĕnis pingit. (8)

[1] Maenălius, Lўcāŏnius, glăcialis, prūīnosus, Hўperbŏrĕus. [2] Pallidus, pĭger, tristis, densus, rĭgidus. [3] Mollis, ăpertus, pătulus, hūmidus. [4] Aethereus, ambrŏsius, effūsus, lĭquidus. [5] Āridus, sĭtiens, sĭtibundus, siccus. [6] Plūvius, mădidus. [7] Candidus, albus, clarus, altus. [8] Nocturnus, hesternus, rarus, tĕnuis, pallens, cessans, de-

Digitized by Google

ficiens. [9] Nūbifer, nimbosus, Aeŏlius, turbidus, mădidus. [10] Grăvidus, fēcundus, tūmidus, fertilis. [11] Vernans, gemmans, vīrens, vĭridans, surgens. [12] Igneus, rūtĭlans, flammifer, călidus, fervĭdus, aureus.

Aestas.

19 Cum Phoebus sĭnuosa brāchia cancri[1] terit rŏtasque in axe aestivas lībrat; cum vīcinum tergum leonis[2] flagrat tōtaque aethra conceptas făces parturit: tunc ăger sĭtientibus herbis exsanguis aestuat et siccis ăquis flos[3] languet. Quae Flora rŏseos nūper căpillos sibi compsit, nunc pallida igni cŏmas glaucas contrahit. Quae arbŭta[4] multo luxu flōrebant, languidioribus frondibus suis exspīrant. Prius ălăcri saltu vĭrĭdāria subiens Nympha languente amne vix modo pedes prōmovet. Contracto līmo dūrescunt flumina[5] et pĕcus in margine[6] ăquas quaerit. Elingui pălāto Daulias dediscit verba neque rapta e cūnis suis pignora gĕmīt. (8)

[1] Torrens, călidus, ardens, fervidus, fervens. [2] Hercŭlĕus, Nĕmĕaeus. Clĕōnaeus. [3] Marcidus, languidus, mŏribundus, mŏrĭturus, [4] Densus, vĭridis, frondosus, frondens, pinguis, mollis. [5] Siccus, languidus, āridus, tĕnuis. [6] Văcuus, vĭduus, desertus, vastus.

Hiems.

20 Jam sol sub īma rĕgione coeli Aegŏcĕrum lustrat et ănhĕlus ĕquos[1] sistit. Rura hiems gĕlu contristat noctis[2] que longior umbra dies angustos efficit. Proelia[3] venti[4] exercent, neque ĭter[5] rādens amnis labitur. Puppes cum fūnibus in glăcie[6] haerent, et ab axe Bŏrĕas nĭvem[7] spargit. (4)

[1] Defessus, fessus, emĕritus. [2] Tardus, iners, spătiosus, ŏpācus. [3] Horridus, saevus, turbidus, dīrus. [4] Adversus, inĭmicus, īratus, fūrĭbundus, discors. [5] Lĭber, lĭquidus, pătulus, sŏlitus. [6] Rĭgidus, dūrus, pĭger. [7] Cānus, Scythicus, gĕlidus, Thrēĭcĭus.

Adhortatio ad discendum.

21 Ăŏnĭae cŏhortis qui nŏvus ălumnus esse cŭpis tuumque căput fonte Castălio tingere, pelle mŏram nec discens lăbori[1] parce: nihil arduum[2] lăbore[3] căret. Incipe, dum hūmor[4] adest et călore membra vīrescunt: vernat ăger non omni sīdere. Non semper rura[5] cŏlores[6] nec silva[7] comas[8] retinet. Tĕpido sōle pōmāria si bene floruerint,

Digitized by Google

ŏpes auctumnus[9] vărias habebit. Quae grāna formica[10] sub aestivo aether elēgit, per nĭves[1] habere gaudet. (6)

[1] Sollers, assĭduus, ācer, dūrus, vĭgil, grăvis, sollĭcitus. [2] Ardua nulla may be used. [3] See note [1]. [4] Integer, tĕner, vĕgĕtus. [5] Vĭridans, gĕnialis, laetus, floridus, vernus, frāgrans. [6] Purpŭreus, rŏseus, crŏceus, vărius, rūtilans, nĭtidus. [7] Frondosus, frondens, cŏruscus, decōrus, umbrosus. [8] Vĭridis, ŏpācus, rūtilus, tĕner. [9] Fertilis, dīves, fĕrax, fēcundus, fēlix, grăvidus. [10] Prōvidus, gnāvus, sēdulus, vĭgil. [11] See No. 23, note [7].

Calendae Maiae.

22 Da serta puer, adest Maius: ita vĕtustas[1] instituit, ita docuerunt patres.[2] Myrtum lĭgustris subtexe, hĕderam junge viŏlis, lĭlia[3] rŏsis[4] pinge. Indi[5] mihi ŏdores[6] fundant et sparsae cŏmae Assўrio lĭquore fluant. Crystalla[7] Lўaeo[8] spūment lapsaque in călices meos cŏrona bibat. Post obitum Aeacus carchēsia nulla mihi ponet: infernis jŭgis ūvae non vīrent. Heu vānum gĕnus mortale, quid differs gaudia? Falle diem: vĕnit mors[9] mediis jŏcis. (6)

[1] Sanctus, cānus, priscus, pius, vĕnĕrandus. [2] See note [1]. [3] Albus, candidus, nĭveus, lacteus. [4] Rŭbens, purpŭreus, pūnĭceus, sanguineus. [5] Cŏlōratus, pictus, extremus, fuscus, dēcolor. [6] Frāgrans, lĭquidus, nectărĕus, ambrŏsius, spīrans. [7] Nĭtidus, pūrus, splendens, splendidus, lūcidus, vĭtreus. [8] Fūmans, fūmosus, călidus, frăgrans. [9] Pallidus, āter, nĭger, ăcerbus.

Amor.

23 Ămor puer jam ante exordia mundi[1] exstiterat et omnia inter se conciliavit. Ille princeps lympo[2] deos immittit et coelestes jŭbet sīdera[3] habere. Silvae[4] antea ănimalia nulla noverant nec arbor[5] ăves[6] norat. Nondum delphini[7] in undis[8] aut cētera turba mări[9] luserat. Nondum arva cŏloribus[10] vestita, cum prīmum Păles falce[11] dŏlata est,—in serta[12] flores[13] praebuerant et nulla cŏrona rŭdes deos ornaverat. Idem hŏminum gĕnus de montibus[14] educit et primum monstrat dŏmos[15] hăbitare. Ille format chaos et coercet rerum ĕlĕmenta et quaelibet jusso lŏco esse praecipit. (8)

[1] Prīmus, nŏvus, tĕner. [2] Sūblimis, summus, aethereus. [3] Lūcidus, altus, clārus, aureus. [4] Frondosus, ŏpācus, umbrosus, vĭridis.

Digitized by Google

[5] Densus, umbrosus, pătulus, hospĭta. [6] Văgus, ăĕrius, pictus, vărius, pennatus. [7] Curvus, celer, lascīvus, pandus. [8] Lĭquidus, caerŭlĕus, aequŏrĕus, Neptunius, vĭtreus. [9] Besides foregoing epithets: vastus, salsus, glaucus. [10] Purpŭreus, vărius, nĭtidus, laetus, rūtilus. [11] Agrestis, rusticus, curvus. [12] Ŏdōrus, redŏlens, festus, frăgrans, nĭtens, nĭtidus. [13] See epithets at [10]. [14] Altus, asper, saxosus, silvosus. [15] Stăbilis, certus, sŏcius.

§ 11. Elegiac Verses with interchanged Synonyms and Alterations after the fashion of §§ 7, 8, 9, 10.

[Synonyms are subjoined: the words to which an asterisk is prefixed have epithets to be chosen by the pupil.]

1 Quondam magna virtus et digna c o e l o[1] fuit ămicĭtiae pectus infractum praebere. Tunc Jŏvis u x o r[2] Castŏrem redeuntem v i d i t[3] alternis frātre O r c u m[4] petente. Tunc * Pўlades ad extremum orbem cŏmitatus sŏcii sui desertor esse noluit; sed velut ămore * cŏlumbae junguntur, tuo lăteri, Ŏresta, fīdus junctus erat. (4)

[1] Aether, sīdera, astra, Ŏlympus. [2] Conjux, mărīta. [3] Adspicio, conspicio, cognosco, sentio. [4] Infernae, Tartărĕae, Stўgiae, Taenărĭae sēdes, dŏmus, fauces, umbrae, tĕnebrae; Tartarei, Stygii lăcus, sinus.

2 Vir săpiens non t a n q u a m[1] marmor affectu căret, sed mŏderatur[2] ănimi c o m m o t i o n e s[3] sub rătione, ipse arbiter et pŏtens sui; stulta mens fŭrori o b s e q u i t u r[4] et prōna ac vŏlens in vĭtium p r a e c i p i t a t.[5] Ita bonus et malus nauta nullo discrimine ventos ventisque ăquas t ŭ m ĕ f a c t a s[6] sentit; sed ille i n t e r r i t u s[7] prōram m ĭ n a c i b u s[8] undis obvertens mente mănibusque malum sŭperat; hic exspes abjicit rēm ĭ g i u m[9] et cedens t e m p e s t a t i[10] lătus dat justamque ore m o r t e m[11] combibit. (5)

[1] Also rītu, more, instar. [2] Rego, tempero, contineo, coerceo, cohibeo, frēno. [3] Mōtus, affectus. [4] Păreo, obtempero, obēdio, cedo. [5] Prolabor, ruo, praeceps agor, feror. [6] Tŭmens, tŭmidus, turgidus. [7] Imperterritus, intrĕpidus, impăvidus, audax, non mĕtuens. [8] Mĭnans, mĭnitans, infestus. [9] Rēmus, tonsa. [10] Prŏcella, turbo. [11] Lētum, nex (nĕcis), fātum.

Digitized by Google

3 Inter tot hastas,[1] tot enses victor Ămyntĭădes saepe[2] Ilĭădem tuam, Hŏmere, lēgit, et cum fessus[3] * quieti membra daret, hanc căpiti suo supponere sŏlebat.[4] Ergo huic ubi dīrepta inter[5] thēsauros Dării cistula sōlerti[6] mănu facta traditur,—consĭliis suorum ante ănimo pensatis[7] mox ipse, Iliadem, inquit,[8] meam servet. Tanto rex hŏnore Musas[9] dignabatur, quas nostra aetate[10] vulgus ŏdio habet. (5)

[1] Tēlum, spīculum, jăculum, missīle, hastīle. [2] Crēbro, frĕquenter, multum, for which the poets also use multus. [3] Defessus, lassus, fătīgatus. [4] Consuevi, assuevi, suevi, ămo. [5] Anastrophe. [6] Doctus, artifex, ingĕniosus. [7] Pensito, perpendo, expendo, pondero, exămino. [8] Ait and dicit. [9] Cămēnae, Pīĕrĭdes, Āŏnĭdes, Castălĭdes, Hĕlĭcōnĭădes, Pēgăsĭdes, Parnassĭdes. [10] Tempus, aevum, saeculum.

4 Si * vēla sĕcundis Zĕphўris intŭmeant et cuncta fătis tuis laeta eveniant;[1] mille cŏmites et mille sŏdales[2] tibi parabis: dŏminus, affinis et omnia sōlus eris. At ubi infīdum vultum sĕmel austera[3] mūtans aura tuis carbasis[4] măligna ingruerit; tum, qui jam tot sŏciis[5] fueras circumdatus[6] et qui modo dŏminus et[7] frāter eras,—haec sōla ab omnibus dicta mĭser[8] reportas: quis? quid mihi tecum? ipse mihi proximus. (5)

[1] Venire, cedere, cadere. [2] Sŏcius, ămicus. [3] Asper, dūrus, grăvis, immītis, ăcerbus. [4] Vēla, lintea. [5] See note [2]. [6] Cinctus, septus, circumseptus, circumvallatus, stīpatus. [7] Anaphora. [8] Mĭserandus, infelix, afflictus, pauper.

5 Cum, velut celsa[1] in puppe sedens,[2] suo arbitrio vŏluptas mentem pellit et ăgit; horribilia[3] certamina fŭrentes[4] venti ineunt inque Syrtes cărinam[5] et caeca văda trahunt: illinc ambĭtio, hinc fallacia[6] consurgit atque * ira cruentas[7] mănus sanguine tincta. Verum si rătio gubernaculum[8] nāvis sumpserit, ecce compositis undis aequor tūtum obmūtescit:[9] ipsa navis[10] nullo ventorum turbine[11] exterrita recto trāmite in portum viam[12] flectit. (5)

[1] Altus, excelsus, summus, sublīmis. [2] Resideo, prĕmo quid, lŏcatus sum. [3] Horridus, horrendus, horrĭficus, terribilis, mĕtuendus. [4] Bacchans, insānus, īratus, vēcors, vēsanus. [5] Nāvis, rătis, cymba. [6] Dŏlus, fraus. [7] Cruentatus, rŭbens, mădĕfactus.

Digitized by Google

[8] Clāvus, mŏderamen, rĕgimen, hăbenae, impĕrium. [9] Sĭleo, tăceo. [10] See note [5]. [11] Flāmen, flābrum, flatus, spīramen, strĕpitus, murmur. [12] Ĭter.

5 Ăquila,[1] cum sĕnuit, vĕteres annos deponit;[2] habet * anguis, quo modo[3] tempora reparet. Ab ăquilonis[4] flatibus vel * pruinis exusta aut de Phoebi făcibus torrida facta aut quondam * bĭpenni caesa citrea stirps tamen ipsa se rādicibus nŏvam subrigit. Ipsa * bombyx, quibus vītam retro vŏcet, certa mŏriens sibi sēmina deponit. Et qui ūnicus in Phăriis silvis volat phoenix,[5] vīvĭfico fŏco ŏdŏrata[6] cinnăma ūrit. Sed hŏminibus nullas per artes revocare aetatem aut ulla mŏra detinere fas est. (6)

[1] Jŏvis āles, Jŏvis armiger. [2] Pono, abjicio, exuo. [3] Qui, qua rătione, quo pacto, unde. [4] Bŏreas. [5] Solis or Phoebi ăvis, Tītānius āles. [6] Ŏdŏrus, ŏdŏrĭfer, redŏlens, frāgrans.

7 Quondam Aŏniae ăquae[1] fluere[2] cessarunt invĭdia vias clausas inhibente.[3] Victor ab oppressa Chĭmaera cum laude rediens publicum detrīmentum[4] gĕmens dŏluit Bellĕrŏphon. Ac statim[5] ĕquo vectus siccas ărenas ter lustrat, et obstructae lymphae[6] vēna perennis redit. Elicit Aonium fontem[6] ictu pĕdis percŭtiens[7] * Bellerophontis * ĕquus. Ita săpiens princeps * artes excitat, dum stŭdiis făvore ŏtia optata[8] facit. Hinc gloria[9] regnis,[10] hinc * pacis commoda et publica bona juncta prīvatis manant.[11] (6)

[1] Unda, lympha, lătex, hūmor, rīvus, fons. [2] Māno, ŏ, curro, lābor. [3] Cohibeo, impĕdio, prohibeo, contineo. [4] Damnum, incommodum. [5] Poets say nec mŏra. [6] See note [1]. [7] Fĕrio, pulso, quătio. [8] Grātus, jūcundus, dulcis. [9] Laus, dĕcus, hŏnor. [10] Impĕrium, sceptrum. [11] Fluo, provenio, venio, ŏrior, nascor.

8 Si quem Phăĕthon forte aut alifer[1] Icarus subit, ille Jŏvis igne,[2] alter ăquis obrŭtus: haec exempla, sciat, tam audaces[3] confidere jŭbent, quam hŭmiles terrent et tĭmore[4] debilitant. Dum grande spīrant et viribus majora cōnantur,[5] fāta excipiunt ausibus suis congruentia.[6] Neque tamen inglorio[7] fūnere clausere vītam, sed ŭterque mortis suae sōlatium[8] habet. Nam in Pădo Phaethon jăcet non infletus, at Icarus āles Icarias

Digitized by Google

ăquas nōmine signat. C l a r a[9] mŏrs, ănimam Phoebi rădiis effundere; s p l e n d i d u s[10] hŏnos, tĕlo Jŏvis prōcumbere. (6)

[1] Āliger, āles, ālatus, pennatus. [2] Flamma, fax, făces. [3] Fortis, gĕnerosus, intrĕpidus, impăvidus. [4] Mĕtus, păvor, formīdo, terror. [5] Audeo, tento, nītor, mōlior. [6] Conveniens, congruus, aptus, dignus. [7] Ignōbilis, indĕcōrus, indĕcŏris, inhŏnōrus. [8] Sōlamen, lēnimen, lĕvamen. [9] Splendidus, nōbilis, illustris, insignis, inclītus. [10] See note [9].

THE END.

LONDON: PRINTED BY W. CLOWES AND SONS, STAMFORD STREET, AND CHARING CROSS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google